Ægripartus, qui ægrè partus eſt. Pap.
Ægrotatio, in corpore mala affectio. Ægritudo, in animo. Non. Ægrōtus. *Male affetto, ammalato.*
Ægylops, vide Ægilops.
Ægroto, as, morbo afficior. *Infermarſi.* Ægrōtus, *Inferme.*
Ægypius, gypa, vultur.
Ægyptilla, gemma nigrâ radice, cæruleâ facie. Iſid.
Ægyptini, p.p. Æthiopes, p.c. quia Ægyptiis ſunt finitimi, item nigri homines. Ægyptiis, bajuli. *Facchini.*
Æinautæ, potentiores dicti apud Mileſios, exactis tyrannis, qui navibus conſcenſis aufugere.
Aella, procella, turbo. Aellas, procelloſus. *Tempeſta.* Aello, una ex Harpyis.
Aellomachus, p.c. procellis pugnans.
Ælinos, cantilena texentium lanas, carmen lugubre, Scal. in quo Linus deplorabatur. Lex. Philol.
Ælii, Helii, quibus duæ ſorores nupſerunt.
Ælinon, ſpecies luctus.
Ælon, ſuavitas.
Æelpis, deſperatio. Euphor.
Æluromorphus, cati formam referens. *Faccia di gatto.*
Ælūrus, fellis, catus, animal. *Gatto.*
Æmathites, Hæmatites, lapis, qui cote reſolutus in colorem veniat ſanguinis. Iſid.
Æmma, nervus arcus. *Corda dell'arco.*
Æmylius, blandus. Æmilos, facetus. Æmilia, feſtivitas.
Æmĭdus, tumidus, inflatus, vel timidus. Feſt.
Æmŭlor, imitor. *Imitare à concorrenza.* Æmulātor, æmulus, imitator, invidus. Æmulatio, imitatio virtutis.
Ænaria, locus, ubi Æneas navem appulit. Feſt.
Ænarētes, p.c. virtute abutens.
Æneas, laudatus.
Æneatōres, ænatōres, tubicines, cornicines, quòd tuba ex ære fieret, quæ antea ex cornu. *Suonatori di trombe.* Scal.
Æneidomaſtix, liber à Carbilio ſcriptus contra Virgilium, ſicut Homeromaſtix, contra Homerum.
Æneſi, Æneæ comites. Feſt.
Æneolum, quod ex ære fit. Feſt.
Ænēſis, p.c. gratiarum actio, laudatio.
Æneum, æreum, quod ex ære fit. *Di rame.* Ad æneum mallari, provocari, id eſt, ad judicem aquæ ferventis citari. Vide Mallari, Cod.ll.ant.
Ænipes, æneos pedes habens. Prud. *Chi hà piedi di rame.*
Æni, fabulæ. Scal. Ænon, laus, gloria, fabula, graphus.
Ænigma, obſcura allegoria. Ænigmatiſtes, qui per ænigma loquitur, ænigmaticus. Ænigmaticum, ad ænigma ſpectans.
Ænigmatiſtes, qui ænigmata proponit. Lex. Philol.
Ænigmatizo, parabolizo, Paſſer.
Ænittologicum, carmen quod capit dactylos duos, trocheostres. Lex. Philol.
Aennaos, ſemper fluens.
Ænobarbus, ahenobarbus, qui barbâ eſt rubrâ. *Barbaroſſa.* Jun.
Ænogămus, p.c. qui inauſpicato matrimonio eſt conjunctus. *Mal maritato.*
Ænomănes, p.c. furore gravi percitus. *Impazzato gravemente.*
Ænos, apologus monitorius, graphus ad viros, mithus, ſeu fabula, ad pueros. *Favola.*
Ænotŏcus, qui infeliciter genuit. Non. *Infelice ne' figli.*
Aenoventrus, Aenocordus, Didymus dictus, quòd indefatigabili ſtudio incubuiſſet, Bibliolathas. Vide. Lex. Philol.
Ænŭlum, vas ex ære parvum, & quod ex eo fit. Feſt. Caldarium. Iſid.
Ænum, ahenum, vas æneum. *Caldaja. Pajuolo.*
Ænus, laus, Tertul. item, æreus. Aenius, Ahenus, aheneus. Vide.
Æolipyle, quæ forma ſphæricâ ſiunt intùs cava. Æveli portæ.
Æolobūlus, p.p. verſutus in conſiliis ſuis. *Aſtuto.*
Æolodermus, variam habens cutem. *Picchiorato.*
Æolus, varius, variegatus. *Vario.*
Æon, ævum. *Età.*
Æonarius, Januarius olim dictus, quaſi pater ſeculorum. Svid.
Æōnes, p.p. ſæcula. Tertul.
Æōra, p.p. penſilis quædam geſtatio. Turn. Item exaltatio. Feſti nomen apud Athenienſes. Item deambulatio, & geſtatio facta valetudinis causâ.
Æorīna, editum, & excelſum opus. *Opera ſollevata, alta.*
Æorōſus, p.p. ſublimis. *Sollevato, alto.*
Æpolium, grex caprarum. Æpōlus, caprarius. *Caprajo.*
Æpymethes, p.p. cujus conſilia alta ſunt, ſublimia: æpos, altitudo. Vide Epimetheus.
Æpynōtus, p.p. excelſum tergum habens. *Alto di ſpalla.*
Æquabile, æquabilitas. *Vguale.* Æqualitas, æquitas, æquabiliter, æqualiter, æquè, pariter.
Æquālis, alterius ſtaturæ par. *Vguale.* Æquabile, quod æquari poteſt. *Proportionato.*
Æquævus, coætaneus. *Della medeſima età.*
Æquamentum, æquatio. Libramentum, æquilĭbrium, æquamentum capillorum, ubi diſcriminantur, cum neutro inclinat examen.
Æquanimis, æquanimus, qui æqui eſt animi; æquanimitas, animi æquitas. *Pazienza.*
Æquare, complanare, æqualem facere. *Pareggiare.* Æquabile, æquabilitas, &c. Æquatio, æqualitas.

Digitized by Google

Æquator, circulus æquinoctialis major in ſphæra, dividens in duas partes æquales æquidiſtantes à polis mundi.
Æquicŭla, menſuræ genus. Pap.
Æquidiāle, Æquinoctiāle, circulus æquans dies nocti, unde, Æquinoctium.
Æquidĭci, p. p. verſus. Iſolecti, cum ſingulis ſingula reſpondent. Diom. Æquiformes dicti.
Æquidium, æquidies, æquinoctium. Feſt. *Giorni uguali alla notte.*
Æquilabia, commenſurata. Poll.
Æquilatio, æquilatatio, æqualium linearum in latitudinem productio.
Æquilatĕrus, p. c. Iſoſcĕles, p. c. æqualia habens latera; æquipes, angulus.
Æquilanium, æquilavium, ex toto dimidium; lanæ lotio, cum media pars ex toto decidit, Feſt. Æquilotium, æquatio. Iſid.
Æquilibre, æqualis ponderis. *D'egual peſo.*
Æquilibritas, æquilibralitas.
Æquilibrium, æquatio libræ, æquamentum, libramentum, trutina, lingua ſtateræ, *Linguetta della bilancia.* Æquilibres, nummi, æqua pondera, æquilibritas, iſonomia.
Æquivolutium, æquatio. Iſid.
Æquimănus, p. c. ambidexter, utrâque manu æquè utens. *Driſomancino.*
Æquimentum, merces pro admiſſurâ equi, fortè, æquinimentum. Vide.
Æquinoctium, æquidium, tempus vernum, & autumnale, cum dies noctibus æquantur, Æquinoctialis.
Æquipar, æqualis. Æquiparatio, comparatio. Æquipensāre, æquè cogitare. Cath.
Æquiparabile, quod æquari poteſt. *Che ſi può paragonare.*
Æquipāro, as, p. c. comparo. *Aggueagliare.*
Æquipes, Iſoſcĕles, habens pedes, & latera æqualia. *Di lati uguali.*
Æquipolleo, parem poteſtatem habĕo. Æquipollentia. *Vgual poteſtà.*
Æquipondia, pondera æqualia. *Contrapeſi giuſti.*
Æquipondium, ſacoma. *Romano di ſtatera, peſo, contrapeſo.*
Æquitāre, æquum facere; contra; Inæquitare, iniquum facere.
Æquitas, æqualitas, æquum, & bonum. Æquatio, æqualitas. Æquāre, complanare. *Spianare.*
Æquiter, æquè. Acc. *Vgualmente.*
Æquiterna, æquè æterna, ac ſecula, Sido.
Æquivaleo, es, æquipolleo. *Haver ugual poteſtà.*
Æquivŏca, quæ non ſunt ejuſdem generis, ſed nominis ejuſdem.
Æquivŏcus vir, eodem nomine vocatus.
Æquivŏcor, nominor. Flod. Bleſen.
Æquo, as, æqualem facio. *Spianare.*
Æquor, oris, mare. Item terræ planities. Item ventris tumor. Gel. Æquoreus, ad æquor pertinens. *Marino.*
Æquoro, navigo. Iſid. B. Vulc.
Æquus, in quo nihil eſt inæquale. *Vguale, giuſto* Æqui bonique facere, in bonam partem ſumere.
Aer, æther. Item velum, quo ſancta teguntur. Hovar. Sched.
Aer, notum. *Aria.* Item ſonus, ſpiritus, ventus.
Æra, herba inimica ſegetibus, lolium. *Loglio.* Malleus.
Æra. Item numerus, & numeri nota, in monetis, pretium innuens, & temporis initium, à quo ſupputationes Aſtrologi incipiunt. Non.
Æra, cantio, & numerus rhythmi; numerus, & numerorum nota. Salm.
Aerandi, ſpiritus corporei, in aere degentes. Procl.
Ærāmen, ſpecies ex ære confecta. Schard.
Æramentum, opus ex ære. *Coſa fatta di rame.*
Ærificium, opus ærarii. Ærariæ, ubi lavatur, aut effoditur æs. Varro.
Æranina, utenſilia ærea. Lex. Philol.
Ærāre, ære linire, Cath. Inærare, Obærare.
Ærariæ, ubi lavatur æs. Varro.
Ærarium, fiſcus, ubi leges, & æs publicum ſervatur. *Teſoro publico.*
Ærarius, æra pendens ignominiæ cauſâ. Item, qui opera ærea facit. Ærarius præfectus. *Teſoriere, camerlingo.*
Ærātum, ære tectum. *Coperto di rame.* Ærator, debitor, obligatus. *Debitore.* Æratus, obæratus. Briſſ.
Ære diruti milites, quibus ob delictum ſtipendium ſubtrahitur.
Ærei, ſeſtertii. Salmaſ.
Ærenervi, qui nervos lyræ modulamine pulſant. Firmicus.
Ærĕolus, Chalcus, moneta. Jun. *Quattrino.* Septem æreola obolum faciunt, apud Aten.
Æres, æreum, Caſſ. Æreum, ex ære factum. *Di bronzo.*
Ærgia, pigritia, ceſſatio ab opere. *Ripoſo.*
Aeriani, hæretici ab aere dicti, Cath. Aerinus, Aerius, ab aere quis dictus. Cath.
Ærica, piſcis carnivorus, Chalcis. Ariſt.
Æricănus, p. c. qui ære canit.
Æriſer, æs ferens. Ærificium, ex ære factum.
Ærificium, quod ex ære. Ærificāre, ex ære fabricare. Non. Jun.
Æriſodinæ, æris fodinæ. *Cave di rame.* Varr.
Ærinæ compedes, æreæ. Varro.
Ærineum, ex ære factum, ſeu lolio.
Ærineus panis, ærinea farina, ex ære, ſeu lolio. *Di loglio.*
Æripes, p. c. æreos habens pedes. *Piedi di bronzo.* Item qui nullo labore fatigatur. Lex. Philol.
Æris flos, gignitur conflationibus reſoluto atque liquato ære, ſuperfuſâ aquâ. Iſid.
Ærisŏnus, p. c. æris dans ſonum.
Aerium genus, Paſſer.
Ærizūſa, gemma ex jaſpidum genere. Plin.
Æro, as, ære orno, tego; unde æroſum, habens æs, ærātum, ex ære factum. *Di bronzo.*

Aero-

Aerobătæ, per aëtem incedentes. *Chi cámina per l'aria.*
Aerobaticæ, machinæ ſcanſoriæ dictæ, homines in altum tollentes.
Ærōdes, lolio plenus. *Pieno di loglio.*
Aeroleſchia, inanis, & aerea pugna.
Aeroleſchus, in dicendo ſublimis.
Aeromachia, inanis, & aerea pugna. *Combattimento in aria.*
Aeromantia, divinatio per aërem.
Aeroměli, p. c. ros Syriacus. *Manna.*
Aeropětes, de cœlo delapſus. *Venuto dal Cielo.*
Æropinon, cribrum, quo incernitur frumentum à lolio.
Ærōſis, æratio, ſanguinis attenuatio, & in halitum ſolutio. Lex. med.
Ærōſum, p.p. quod plurimum habet æris, aurum æroſum. Æroſa inſula, Cyprus, ab ære multo. Feſt.
Ærōſus lapis, ex quo æs excoquitur, Cadmia dicta. Plin.
Ærūca, æruго. Vitr. Eruca, inſectum. Vide.
Ærūgo, inis, rubigo in ære, & argento. *Roggine.* Rubigo, in ferro, & ſegetibus, Ferrūgo. Ærugināſum, rubigine plenum. *Roggioſo.* Æruginoſabilis, quæ ærugini ſimilatur. Lex. med.
Ærugo, flos æris. *Verderame.*
Ærum, eruum. Suppl. *Mocho.*
Ærumærūma, æruminæ, æneæ, argenteæ, aureæ utenſilia. Gloſſ. Scal.
Ærumna, labor oneroſus, ærumnāle, ærumnabile, ærumnoſum, ærumnis plenum. *Travagliato.*
Ærumna, furcilla, qua religatas ſarcinas viatores gerunt, unde pro labore oneroſo ſumitur. Scal. Lex. Philol. Ærumnula. Lipſ.
Ærummulæ, æruminæ, furcillæ, quibus ſarcinæ feruntur. *Muli Mariani.*
Æruſcāre, p. p. pecunias, æraque undique fallaciis colligere. Feſt.
Æruſcātor, qui pecunias fallaciis colligit, æſculator. Iſid. Gloſſ.
Æs, metallum rubri coloris. *Rame.* Æs alienum, debitum. Caldarium, fuſile, quod funditur, & malleis fragile eſt. Corinthium. Coronarium, quod Principi ad inaugurationem donatur. Circumforaneum, quod ex argentariis fœnori petebatur, fœneraticium, ſeu orichalcum. Campanum, & Corinthium, pretioſum. Caſtrenſe, militare. Grave, non numeratum, ſed appenſum. Æs Cyprium. Cuprum. *Bronzo.* Jun. Æs ductile, quod in parvas laminas ducitur. Æs fuſile, quod liqueſcere poteſt. Æris alicujus, alicujus prætii. Gell. Æs alienum, quod aliis debetur. Æs manuarium, quod ex pluribus manibus, ſeu jactibus in ludo eſt collectum; ſynthesis, ſumma pecuniæ, quam quis unâ commiſſione, quæ pluribus ictibus abſolvitur, poterit perdere. Caſaub.
Æs, æreæ tabellæ publicæ, æs ſignatum, ut moneta. Factum, ut vas. Infectum, ut maſſa rudis. Iſid. Æs alienum. *Debito.*
Æsălon, p. c. accipitris genus toto anno viſum.
Æſar, flumen Lucenſe. Item Deus Etruſcâ linguâ. Æſa, fatum. Heſic.
Æſcharites, panis ab craticulâ dictus, ſub finem cœnæ convivis appoſitus ex paſſo. Lex. med.
Æſchinus, à pudore quis dictus, verecundus. Plaut.
Æſchrocerdus, turpi lucro deditus. æſchrocerdia, turpe lucrum. æſcron, turpe.
Æſchrologia, turpiloquium. æſchrolŏgus, p. c. qui turpia loquitur. *Parlare oſceno.*
Æſchropœus, qui turpe aliquid facit. Æſchurgus, æſchrurgia, opus turpe. *Opera brutta, diſoneſta.*
Æſchine, peccatum civis, dedecus urbis. Svid. Plaut.
Æſculānus, Deus æris; Argentinus, argenti, locupletiorum numina.
Æſculapius, blandè exercens.
Æſculātor, numularius, æruſcator. Gloſ.
Æſcŭlus, vide Eſcŭlus.
Æſtas, anni tempus calidum. *State.* Æſtatŭla, parva æſtas. Cath. æſtivum, ad æſtatem pertinens.
Æſthēſis, ſenſus, æſthēma, ſentiendi actus, æſtheticum, ſentiendi vim habens.
Æſtheterium, ſentiendi inſtrumentum.
Æſti, æſtus. Pac. Æſtifer, ferens æſtum. *Chi porta caldo.*
Æſtĭma, æſtimatio. Æſtimia, æſtimium, Feſt. ab æſtimo, as, Salmaſ. *Stimare taſſare.* Æſtimator, æſtimabile, æſtimatio. Æſtimatoria actio. Æſtimare litem, vulgò, *Taſſar le ſpeſe della lite.*
Æſtiva, loca umbroſa. *Luoghi ombroſi.* Item ubi per æſtatem agitur. Hyberna, hyeme. *Guarnigioni di ſtate, ò d'inverno.*
Æſtivāre, p.p. propter æſtum evitandum alicubi morari. *Meriggiare.* Hybernare, ob frigus. *Svernare.*
Æſtivæ fruges, æſtate ſatæ, ut milium, panicum, &c. *Minuti, biade.*
Æſtivŏlum, æſtivum tempus. Pap. *Tempo di ſtate.*
Æſtuāre, flagrare, fluctuare. *Bollire.* Æſtifer, calorem afferens. *Che fà caldo.*
Æſtuaria, æſtuarium, loca, per quæ viciſſim mare accedit, & recedit, aut ex inundationibus pelagi ſtagnantia. Item vaporaria. *Sfiori, ſciorinatori,* fabrorum.
Æſtuōſa, animalia, quæ æſtu infeſtantur. Alſioſa, quæ frigore. Onom. Med.
Æſtus, us, Solis ardor. *Ardor del Sole.* Æſtuōſum, calore plenum. *Caldo.*
Æſymnētæ, judices x. certaminum Olympiorum.
Æſymnetia, regia poteſtas, data cuipiam per electionem.
Ætas mala, ſenectus. Ætas bona, adoleſcentia.

Digitized by Google

Ætas, xxx. annorum ſpatium. *Età.*
Ætatŭla, ætas tenera.
Ætates hominis quinque, infantia, pueritia, adoleſcentia, juventus, ſenectus.
Æternabilis, æternus. Æternare, æternum facere. Æternum, æternitas, æterno, as, perpetuum facio. Æterna, ſine principio, & ſine ut Deus.
Æthalices, circuli rubentes in ſumma cute, ſimiles iis, qui ab igne excitantur. Gorr. Æthale, fumus, fuligo.
Æthaliones, cicadæ dictæ, quòd à Sole aduruntur. *Cicale.*
Æthalaſſum, non dilutum aquâ marinâ.
Æthanos, ſcabellum ſuppedaneum fœminarum. *Banchetto ſotto i piedi.*
Æther, æthĕra, ſuperior pars aeris, cœlum. *Sfera del Cielo.*
Æthereus, cœleſtis. Ætherodrŏmus, p. c. per aerem currens. *Chi corre per l'aria.*
Æthiologica, Ætiologica, Pathologica, medicinæ pars, in qua ea, quæ præter naturam ſunt inquirimus, morborum cauſas, accidentium concurſus. Lex. Med.
Æthiŏpus, æthiops. Lucil. *Moro.* Æthiopis, herba lactucæ folio in Æthiopia naſcens.
Aetites lapides in nidis aquilarum reperiuntur, partum accelerantes. Iſid.
Aethlion, præmium; aethlios, præmium reportans. *Premiato.*
Aethlophorus, in certamine victor, & præmium ferens. *Chi riporta il premio.*
Æthnici, ſpiritus ignei apparentes variis formis, ut globi, titiones, &c. Celſ.
Ætholices, puſtulæ in ſummâ cute exigni, aut aliunde. *Scottature.*
Æthon, ardens, bellicoſus, fervidus. Dalech.
Æthra, ſplendor ætheris, aeris, æther, ipſum elementum; ætherium, quod eſt ætheris, *aerio.* Æthrium, atrium. Scal.
Æthya, avis aquaticæ genus.
Aetia, Aetion, cauſa, ratio. Aetia, orum, liber de cauſis agens, Callimachi Poetæ liber, ita inſcriptus. Ætium, cauſa, principium. Ætiologia, cauſæ redditio.
Ætimăta, poſtulata, petitiones.
Ætiologia, rationis cauſæ redditio. Fig. Ætiolŏgus. Ætiologia, medicinæ pars, quæ de cauſis agit. Gorr.
Aetites, p. p. gemmæ nomen, & lapis colore ſubrufo.
Ætnæus, magnus. Rh. ab Ætna monte Siciliæ. *Mongibello.*
Ætolium, granum Gnidium, Gorr.
Ăetos, aquila.
Ăetius, aquilæ genus, aetites, aetophŏrus, aculiter, extremum ſenium.
Ævintegri, Dii, ab ævo integro, quia perfecta eorum ætas. Serv.
Ævitas, ævum, Var. æviternus, ſempiternus. *eterno.* Æviterna, ſine fine. Æterna, ſine fine, & principio.
Ævŏna, ævum, ævitas, ævum omnem pro omne. Luc. Ævum, animorum, & Angelorum.
Ævum, tempus perpetuum.
Ævoſam, ſenex. Hincm. ædeſis.
Æx, ægos, capra. *Capra.*
Æxŏnes, p. p. proverbia mordacia. Item convitiatores, ab Æxonibus maledicis.

A F

Afătim, abundè: Afătim, facundè. Vide Affatim. Cath.
Affaber, ingenioſus.
Affabilitas, comitas in ſermone, *Corteſia*, *Affabilità.*
Affabiliter, affabiliſſimè. Gell. ab affor, aris, alloquor. *Abboccarſi.*
Affăbrè, artificioſè, ſcitè. *A pennello.* Affăbrum, affăbrè factum, pulchrè. Infabrè, impolitè.
Affabulatio, Epimythium; adfabulatio, breve documentum fabulis ſubtextum.
Affămen, affătus, allocutio. Apul. *Abboccamento.*
Affaniæ, nugæ, mendacia, futilia verba. *Ciancie, bugie.*
Affari, affor, aris, alloqui. *Abboccarſi.* Affatus divini, ſacra reſponſa. *Profetie.* Affatus, principum decreta.
Affătim, p. c. abundè. Affător, arator. Pap. Affătim, facundè, de re incorporeâ. Paſſim, de corporeâ. Agr. Afătim. Cath. vide.
Affatum, colloquium, congreſſus. Apul.
Affecta, quæ non finita, ſed propè finita. Affecta fœmina. Vide adfecta, affecta, affectata. Salm. Affectæ res, afflictæ. Lex. Philol.
Affectāre, probro afficere, Plaut. nimis exquirere, affectāri, pro affectare, antiq.
Affectātè, curioſè, affectuoſè, affectuoſum. Gell.
Affectatio, cacozelia, mala æmulatio. *Affettazione*, affectuoſus, patheticus affectus in parentes, liberos, & charos omnes. Apul. affecto, as, nimis exquiro. *Cercar con affetto.*
Affectio, onis, quivis animi motus, & corporis.
Affectiſſimus inopia, pauperrimus, Vell. affectus, us, affectio, ſtudium. *Affetto.*
Affecto, pronum animum ad faciendum habeo. Lex. Philol.
Affectum beneficium, ad quod ex præſentatione jus habemus, Schar.
Afficio, moneo. *Diſponere.*
Affictitium, alicui affictum, ſeu additum. *Finto.*
Affidāti, quaſi in alicujus fidem, & clientelam recepti, quaſi vaſſalli; affidare. Cod. ll. ant.
Affidati non propriè Vaſſalli ſunt, ſed quaſi Vaſſalli, qui in alicujus fidem, & clientelam ſunt recepti, recommendati dicti. L. J. C.
Affigo, is, p. p. ad aliquid figo. *Attaccare.*
Affingo, is, fingendo addo. *Contrafare.*
Affines dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulentur, & altera ad alterius fines accedit. L. J. C.
Affines, ſunt viri, & uxoris cognati inter ſe, quòd duæ cognationes inter ſe diverſæ per nuptias con-

conjunguntur, hinc affinitas dicta, orta ex nuptiis, & copula. L. J. C.
Affinis, qui aliorum cognatum habet in matrimonio. *Parente per maritaggio.*
Affinia, confinia. Schar.
Affinis, vicinus, cognatus. *Vicino, parente.*
Affinitas, cognatio nuptiis contracta. *Parentella per matrimonio.*
Afflare, flatu contingere, afflatus, us, inspiratio, afflo, as, ad aliquid spiro. *Aspirare.*
Aflĕre, fletum simulare. Plaut. Illacrymari. *Piangere.*
Afflictari, sæpè affligi. Afflictatio, afflictus, us, afflictio. *Afflittione.* Afflictus, rebus adversis oppressus.
Afflictor, qui affligitur. Afflicto, as, affligo, *Affliggere spesso.* Ab Affligo, is.
Affluentia, abundantia; affluenter, abundanter; affluo, is, abundo. *Abundare.*
Affodĕre, fodiendo adjungere. *Cavar vicino.*
Affor, āris, alloquor. *Parlare.*
Afforis, aforis, extra, foris. *Di fuori.*
Affostrāta, reditus. Isid. gloss.
Affore, p. c. futurum esse. *Per dovere essere.*
Affriare, digitis minutatim concidere. *Trisare.* Depsere, mollem reddere, ut ceram. *Ammollire.*
Affrĭco, as, p. c. ad aliquid frico. *Fregare àqualche cosa.*
Affrictum, affrictus, us. *Fregamento*, ab Affrĭco.
Affundere, aspergere, versare. *Allagare.*
Affucillo, affurcillo, affurcillatus, furcillis captus. Gloss.
Affulgeo, contra splendeo. *Risplendere contra qualche cosa.*
Afŏris, à parte exteriori.
Aforismi, foramina in navi, unde remi emittantur. Item, Hippocratis sententiæ breves. Vide Aphorismus, Cath.
Aftŭrus, piscículus, qui propter exiguitatem hamo capi non potest. Isid. Cath.
Afratum, spumeum. Isid.
Africāna, panthera. Gesn.
Africia, genus liborum, quo antiqui usi in sacrificiis. Arnob.
Afrutabŭlum, vasculum. Pap. *Vasetto.*

A G

Agăbo, p. c. qui negotia præcedit. Isid. gloss. Pap.
Agaclytus, p. c. Agaclĭtus, p. p. pernobilis. *Nobilissimo.*
Agăges, sponte subjectus.
Agagŭlo, vanus formicator. Agagula, aggagula, aggula, Isid. Glos. agabula, Pap. lenocinator, pantomimus. Cod. ll. ant.
Agalacta, pascua lacti minùs apta. *Pascoli, che non danno latte.*
Agalactes, fratres collactanei. *Fratelli di latte.*
Agalactĭa, lactis penuria. *Carestia di latte.*
Agalactus, carens lacte. *Privato del latte.*
Agalăca, manica, manuum integumentum.
Agalliāsis, exultatio. *Saltare per allegrezza.*
Agallŏchum, lignum aloes ex Indiâ deportatum. Jun. *Xyloaloe.*
Agalma, simulacrum, speculum, templorum ornatus, agalmaturgus, statuarius.
Agamus, p. c. cœlebs, qui nuptiarum est expers. *Senza moglie.*
Aganactesis, doloris sensus, indignatio. Figura.
Aganiphus, valdè nivosus. *Nevoso.*
Aganna, Cynosura. Scal. ad Man.
Aganoglĕphus, pulchras habens genas. *Di belle guancie.*
Aganŏphron, animo leni præditus. *Piacevole.*
Agănyr, qui ob virtutem est admirationi.
Agăpe, charitas, & dilectio. Eleemosyna. Item cœna amicis data, clericis, & pauperibus in Templo, &c.
Agapēta, p. p. quæ pro Christi dilectione nubere noluit.
Agapētes, p. p. lenocinator illicitè. Agapēta, p. p. Cath.
Agapēti, p. p. qui cum Diaconissis habitant. Agapētæ, adoptivæ sorores Virgines. Hieron.
Agapētus, p. p. dilectus, charus. *Dilesto.*
Agarēni, proselyti, advenæ.
Agaricum, p. c. fungus catharticus initio dulcis, in fine amarus, medicinalis, nascens in Sarmatiâ ex arboribus pinu, & abiete. *Agarico.*
Agaritūdo, suspirium. *Sospiro.*
Agăron, p. c. agăso, minister, officialis. Isid. gloss.
Agăso, ōnis, p. p. equorum ductor, & asinorum, domesticus leno. Pap. *Mulassiere, asinaro.*
Agastŏnus, p. c. multis mixtus gentibus.
Agasyllis, frutex Africæ. Dioscor.
Agasyrtus, sordidus, squalidus. *Sporco, lordo.*
Agăthа, p. c. bona; agathon, bonum. *Buono.*
Agatharchìa, bonorum Principatus. *Governo di buoni.*
Agăthis, gemma primùm reperta juxta flumen Siciliæ, Pap.
Agathodæmonistæ, parcè bibentes. Agathodæmones, boni dæmones. *Spiriti buoni.*
Agathodŏtæ, p. c. bonorum datores. *Liberali.*
Agathoergìa, beneficentia, agathoērgus, beneficus. *Benefattore.*
Agathopœja, beneficiorum collatio. *Liberalità.*
Agathotelìa, rerum bonarum electio. *Elettione buona.*
Agathurgìa, facti præstantia.
Agathurgus, bonum opus faciens. *Benefattore.*
Agè, adverbium hortantis, dic, agĕsis, agĕdum, age modò, agite, dicite. *Horsù.*
Agēa, victimæ oblatæ pro rebus agendis. Item via in navi, quâ hortator ad remiges accedit, agear etiam dicta. Item dolabra. Item loca religiosa. Fest.
Agear, ageātor, hortator remigum. Isid. gloss. *Aguzzino.*
Agēja, agēa, via in navi, quòd in ea quæque res agi solet. Fest.

Agĕ-

Digitized by Google

Agĕla, p. c. armentum propriè boum. Agelarches, armentorum præfes.
Agelada, juvenca. Lex. g. b. *Giovenca*.
Agelæi, panes cibarii vulgares. *Azzima farina*. Rh. Item equi majores. Gothofr.
Agelæon, locus ubi armenta paſcuntur, aut ſtabulantur. *Stalla*.
Agelæus, in grege degens. *Gregario*.
Agelaſtus, riſus expers, non riſibilis.
Agelaſtìa, vultus ſeveritas. *Chi non ride mai*.
Agelātus, validâ manu impulſus. *Urtato gagliardamente*.
Agellarius, ruſticus, dux gregis. Lex. g. b.
Agellus, parvus ager, agercŭlus. Cathol. *Campetto*.
Agĕlum, p. c. agŏlum, p. c. antiq. Vide Agŏlum.
Agēma, p. p. agmen ducem præcurrens. Item agmen elephantorum.
Agennealogĕrus, cujus origo generiùs reddi non poteſt.
Agenda, veſpertina & matutina lectio, Legenda. Cod. ll. ant.
Agennētus, p. p. ortum non habens, ingenitus.
agenesìa, ingeneratio. *Non generato*.
Agēnor, p. p. admodùm virilis.
Agens, auriga, Rutgerſ.
Agentes, miniſtri, & officiales regum. *Agenti, offiziali*.
Ageomētra, geometriæ expers, & ignarus. *Chi non sà geometria*.
Ageogesìa, culturæ neglectus.
Ager, campus. *Campo*. Arciſinius, occupatorius, ſine finibus, à victore occupatus, aſſignatus veteranis. Compaſcuus, communis ad paſcendum. Decumanus, decimas quotannis ſolvens. Effœtus, defatigatus, laſſatus. Farraceus, Farrarius, fruges producens. Lirātus, tertiò aratus jacto ſemine. Novalis, Vervactus, Requietus, a lternis annis ſatus. Occatus, offractis glebis minutatim. Offractus, ſecundò aratus. Proſciſſus, p. aratus. Reſtibilis, quotannis aratus. Ruderatus, plenus ruderibus. Runcatus, herbis purgatus. Sarritus, ſarculo purgatus. Scripturarius, publicus, in quo certo ære pecora paſcebant. Subſecivus, qui non poterat aſſignari propter incommoditatem. Vectigalis, tributarius. Frumentaceus, Viteus, Paſcuus. *Da frumento, da vite, da paſcere*. Agellus, parvus ager. Agrarium, ad agros ſpectans. Agerculus, agellus.
Ager Adrianus, qui limitibus maritimis Gallicis finitur. Alluvius, quem paulatim fluvius in agrum reddit. Aſculanus, variis limitibus intercifivis adſignatus. Limitatus, in centurias demenſus. Metatus, diviſus, aſſignatus. Colonus, ad arandum accommodatus, arvum. Quæſtorius, qui ex hoſtibus captus. Purus, qui nec Sacer, nec Sanctus, nec Religioſus, opponitur Monumento. Tutelatus, unde ligna in reparationem publicorum mœnium, vel balneorum diſtrahebatur. Schar.
Agerasìa, inſeneſcentia. Agerătus, qui nunquam ſeneſcit. *Che non invecchia*.
Ageraſtus, præmio carens.
Agerătos, non ſeneſcens. *Che non invecchia*.
Agerūtum, herba umbellifera. *Giulia*.
Agerătus, p. c. lapis, quo antiqui uſi in expoliendis coriis. Gel.
Agere, gerere. Item judicis experiri, & perſequi, &c. Calep. L. J. C.
Agĕron, ſenectutis expers, inſeneſcibilis. *Chi non invecchia*.
Agerōna, Dea agendi, & induſtriæ: contra, Murcia, ſocordiæ.
Agerſicybēles, p. p. Sacerdos, qui hoſtiam mactat.
Ageſandrus, ageſilaus, Orcus dictus, homines, & populos ad ſe adducens.
Ageſichŏrus, choros agens.
Agĕſis, p. c. age ſi vis, adverbium excitandi. *Horsù, ſe tu vuoi*.
Ageſtrătum, redimiculum, capitis ornatus.
Ageſtrătus, exercitum ducens. *Capitano*.
Ageter, p. p. artemon, partes gutturis. Poll.
Ageuſtica, jejunium. Ageuſtos, jejunus. *Digiuno*.
Aggarrio, juxta, vel valdè garrio. Cath.
Aggatha, ſtuppa, Gloſſ.
Aggaudeo, impensè gaudeo. Petr. Ven.
Aggens, angens. Varro.
Aggemo, adgĕmo, p. c. juxta gemo.
Agger, ageſta in altum terra contra flumina, & hoſtes. *Argine, poggio*. Item, via militaris, & lapidibus ſtrata. Ammian. Item terra ageſta, in quâ ſcopus, ad quem ſagittarii collimant ſagittas. *Argine del berſaglio*.
Aggerāre, cumulum facere, augere, aggerem facere. *Arginare*.
Aggerātim, magnâ copiâ, cumulatim. *A mucchio, à mucchio*. Aggeroſum, cumuloſum, Cath.
Aggero, is, p. c. ad aliquid gero: unde, aggeſtus, us, cumulus. *Mucchio*.
Aggeſta, machinæ genus apud Rom. Synodus Nicena.
Aggilas, aquila. Lex. g. b.
Aggilla, anguilla. Varro.
Agginantes, explicantes. Iſid. Gloſſ.
Agglomerare, in glomum colligere, agglomero, as, p. c. *Dipanare*.
Agglutinare, ad aliquid glutino adjungere. *Incollare*.
Aggravata valetudo, gravior facta.
Aggravare, opprimere, aggravo, as, p. c. aggraveſcere, aggravare. *Aggravarſi*.
Aggredior, adorior. Aggrediri, aggredi, antiq. *Aſſalire*.
Aggrego, in unum gregem contraho, congregare.
Aggregativæ pillulæ, catapotia polychreſta.
Aggreſſor, graſſator. *Aſſaſſino*. Aggrētus, aggreſſus, aggreſſura, aggreſſio. *Aſſalto*.

Ag-

Digitized by Google

Aggretus, aggreſſus, ut Mertus, Pultus, pro merſus, pulſus, antiq. Lex. Philol.
Aggŭlus. Varro. *Cantone.*
Aggurium, agurus, placentæ genus. Lex. g.b.
Agiādes, milites Aſiatici. Lex. g.b.
Agiæ, glandulæ. Iſid. Gloſſ.
Agiaſterium, Sancta Sanctorum. Agiaſtia, p.p. ſacrificium. Agios, ſanctus. V. Hag.
Agigarton, uva ſine granis, arte ſic plantata. Onom. Med.
Agilea, bos, qui inter gregem agit. Onom. Med.
Agilem, actio facit. Strenuum, motus. Fortem animus. Robuſtum, corpus, Fronto.
Agilitas, dexteritas, corporis celeritas. *Deſtrezza.*
Agilis, p.c. levis, dexter; agiliter, leviter. *Agilmente.*
Agina, p.p. foramen, in quo inſeritur ſcapus trutinæ, & in quo vertitur; unde, aginare, agi, verti. Feſt. aginor, aris, vilia negotior; aginat, negotiatur, agit.
Aginātor, qui parvo lucro movetur.
Aginatōres, aurigæ, qui ludis Circenſibus ſe exercebant, & qui parvo lucro moventur, Feſt. Aginatus, examinatus. Iſid. gloſſ.
Aginor, aris, p.p. vilia negotior. *Negotiar coſe vili.*
Agino, as, fraudes conſuo. B. Vulc.
Agiogrăphus, ſcriptor ſacer. Agiogrăpha, ſacra ſcripta. *Scriptura ſacra.* Vide Hag.
Agiopolidcon, topiarium quoddam. Lex. gr. b.
Agios, ſanctus. Item acclamatio in coronatione Imperatoris. Ferrarius.
Agioteria, feſta, ſeu ſacra Carnia, quorum ſacerdos dicitur agites. Rh.
Agipĕdes, p.c. Senatores pedanei, ſeu pedarii. Marc. Don.
Agita, auxilium. *Aita.* Gloſſ. g.b.
Agitatōres, equorum, curruum rectores in ludis Circenſibus ſe exercentes.
Agitator, Claſius, minator aſelli. Pap. Agito, exagito, vexo. Salmaſ. Item in voluptuariis agere. Item ſæpè agere. *Travagliare, menare ſpeſſo.*
Aglaŏpe, aſpectu candida. *Bianca di faccia.*
Aglaocarpos, pulchros ferens fructus. *Di bei frutti.*
Aglaopædes, pulchros habens filios. *Di bei figli.*
Aglaophya, rubor comparatus ex bona cibatione.
Aglaophōtis, admiratio. Item, herba Pœonia Magorum vocandis Dæmonibus.
Aglaophōnus, claram habens vocem. *Di voce chiara.*
Aglaſpis, nomen legionis, Liv.
Aglidia, orum, ſegmenta in capitibus alliorum. *Spicchi d'agli.* Aglis, allii caput, nucleus, ſpica. Lex. Philol.
Agloſſus, aglottus, elinguis, mutus. *Muto.*
Aglotta, lingua non valens loqui. Rh. *Lingua, che non può parlare.*

Aglypha, p.c. non ſculpta. Glypha, ſculpta. *Scolpita.*
Agma, fractura. *Rottura.*
Agmen, acies exercitus. *Squadra.* Agminăle, ad agmen ſpectans. *Squadra.* Cœtus eorum, qui unà aguntur.
Agminăles equi, qui agmen ſequuntur ad ſarcinas portandas. *Cavalli da bagaglio.*
Agna, æ, notæ ſignificationis. *Agnella.* Item menſuræ genus in agrorum dimenſione, Colum. Item nummus, agnæ forma ſignatus.
Agnaptum, craſſum, & ruſticum indumentum. Pol.
Agnaſci, poſt naſci: agnaſcitur hæres defuncto, cum poſthumus in lucem editus eſt. Bud.
Agnata, quæ ad alia, id eſt, contra, ſive juxta nata ſunt. Enata, quæ alicunde nata. Filii Patri naſcuntur; adnaſcuntur ad agnatos, & propinquos, & ad mortuum patrem. L. J. C.
Agnati, vide adgnati. Agnaſcor, juxta naſcor, ad alia nata naſcor. Filii patri naſcuntur, cum ad patrem cognatio refertur: agnaſcuntur, cum ad agnatos. Vide Agnati.
Agnati, qui per virilis ſexus perſonas cognatione conjuncti ſunt. Cognati, generaliter per maſculos, conjuncti etiam per fœminas. Vide Gentiles. Agnati, à patre; Cognati, à matre profecti. L. J. C.
Agnatum, quod ultra debitum natum eſt, & non eſt utile, unde membra agnata.
Agnellus, parvus agnus. Plaut. *Agnello.*
Agneon, p.p. locus, ubi pudicitia virginibus eripiebatur, per antiphraſim dictus apud Athen.
Agneuterium, monaſterium, in quo caſtè vivitur, & mens à contagione civilis vitæ purgatur. *Monaſtero.*
Agnes, ētis, pudicus.
Agneutica, quæ minùs Venere valent.
Agneuticus, caſtitatis aliquid habens.
Agniſterium, locus ubi fit expiatio.
Agniſtica, expiandi vim habentia.
Agnogium, anogēum, p.p. cœnaculum. *Refettorio.*
Agnoïtæ, hæretici dicti ab ignorantiâ, putantes horam noviſſimam Chriſto ignotam.
Agnōmen, p.p. agnomentum, quod extrinſecùs aliquâ ratione additur alicui. *Cognome.*
Agnomenos, indevotè. L. J. C.
Agnominatio, annominatio, Paronomaſia, figur.
Agnōmon, mente, & conſilio carens. Equus non habens gnomonas.
Agnomones, p.c. equi, dentes qui nondum emiſere, aut annoſi, quorum dentes non poſſunt ætatem oſtendere. *Che non hanno buttato le ſcaglione.*
Agnomoſyne, conſilii carentia.
Agnos, agnus caſtus, planta apibus gratiſſima, cujus folia ſibi ſubſternebant mulieres caſtitatem ſervantes in Teſmophoriis.
Agnōtus, agnitus. Pac.
Agnoſco, cognoſco. Agnitio, cognitio. *Cognitione.*

Agnus,

Agnus, fœtus ovis. Agnellus. *Agnello*. Item purus, caſtus, quòd agnus ſit pura, & caſta hoſtia. Agninus, p. p. ex agno, *d'Agnello*. Feſt.
Agnus cordus, tardè natus. Subrūmus, lactens. Jun.
Agnythes, lapides, quos ſtamini inter texendum appendunt textores. Poll.
Ago, is, tracto, duco.
Agoëteutos, qui faſcinari non poteſt.
Agōge, ductus. Agōgæ, p. p. foſſæ in metallis auratiis, per quàs aqua aurum trahens ducitur. Plin.
Agogiaticon, farcina. Gloſſ. *Balla*.
Agogica, p. c. quæ facilè ducuntur.
Agogicus, p. c. ductu facilis. *Facile da condurſi*.
Agōgus, p. p. viæ dux, unde Pedagōgus, pueri dux. *Chimena*.
Agŏlum, p. c. paſtorale baculum agendis pecudibus. *Baſton di paſtori*.
Agomphōtus, p. p. nullis compactus clavis. *Senza chiodi*.
Agonarches, qui certaminibus præeſt.
Agonătos, p. c. carens genu, ſeu geniculo. *Senza ginocchi*.
Agon, certamen. Locus certaminis, ſeu ſtadium, actio fabulæ in ſcenâ, & foro. Cerda.
Agōnes, p. p. qui victimas percutiebant. Item victimæ. Agonia hoſtia, ab agendo dicta. Feſt. B. Vulc. Agones, p. c. ſteriles. Gorrh.
Agonĭa, alacritas, vel vigor. Gloſſ. agonia, p. p. timor, ſollicitudo. Agonei, victimæ. Iſid. Gloſſ. Item orbitas. Agonos, ſterilis. Lex. Philol.
Agonia, agonalia; feriæ, & ludi in honorem Agonii Dei, qui præeſt rebus gerendis.
Agoniſma, præmium certaminis, palma. Item pugna. *Battaglia*.
Agoniſterium, certaminis locus.
Agoniſta, qui in agone certat. *Combattente*.
Agoniſtarcha, certaminum publicorum præfectus.
Agoniſtice, ars certandi. Agoniſticon, turbulentum. Hipp. Agoniſtica, libri de agonibus, & certaminibus. Agoniſticus, bellicoſus.
Agonium, dies, quo Rex hoſtiam immolabat. Item locus, in quo ludi initio facti, quaſi fine angulo. Scal.
Agonius, Deus, qui præeſt rebus gerendis, in cujus honorem agonalia feſta inſtituta.
Agonizatio, agon, unde Agonizo.
Agonizo, certo; agonia, certamen, anguſtia.
Agonŏmus, Princeps, quaſi per actionem dictus. Cath.
Agonothĕta, p. c. agonotheticus, munerarius, agonis præfectus. Agonarches. *Sopraſtante a ginochi*.
Agonothĕtæ, qui ſacris certaminibus præerant. Poll. Deſignatores, Brabeutæ, Pancirol. Agonotheticum.
Agŏnum, infœcundum, ſterile. Agonium, ad certamen pertinens.
Agŏra, forum venalitium. Agoræa, forenſia: Agorasìa, agoraſma, venditio.
Agoræus, forenſis negotiator, Mercurii epitheton; nundinarius, vilia emens. *Vendariolo*.
Agorada, emptio. Gloſſ.
Agoranŏmus, Ædilis rerum venalium. Agoronŏmus, annonæ Præfectus; agoronomìa, præfectura annonæ.
Agoraſtes, emptor rerum venalium in foro. *Comprator di piazza*.
Agoraſtŏcles, à foro, & forenſibus quis dictus. Plaut.
Agoſtus, cavitas manus. Onom. med.
Agra, ſerpens mordaciſſimus, ita dictus Demoſthenes ob dicteria. Item, præda venatu capta.
Agracton, axis fuſus. Gloſſ.
Agræ, glandulæ, Iſid. Gloſſ.
Aggrammăta, animalia, quorum vox litteris non poteſt exprimi.
Agrammatia, litterarum imperitia. *Ignoranza di lettere*. Aggramătus, illitteratus.
Agrammus, lineis carens. *Senza linee*.
Agrăpha, non ſcripta; traditiones, quæ per manus traduntur. *Tradizioni*.
Agraphii crimen, cum quis ex tabulis publicis ante ſolutionem ſuum nomen expunxit. Rh.
Agrăphum, non ſcriptum, non pictum. *Non ſcritto, non dipinto*.
Agrare, peragrare. Salmaſ. Agrariam facere. *Scorrere*. Agrarius, erro.
Agrariæ Prætenturæ, ſtationes, vigiliæ in caſtellis ante caſtra. Steuvech. ad Veg.
Agrarii, ſuffragatores legis agrariæ. Agripetæ, qui petunt ex agrorum diviſione portionem vititim datam. Beroal.
Agrarium, agraticum, vectigal pro agro impoſitum, Ceſpitatitium, dictum. Item navigii genus. Lex. g. b. ll. ant. Item quod ad agrum pertinet. *Di campo*. Unde, leges agrariæ. Item navis Imperatoria. Buleng.
Agraulia, pernoctatio in agris, ſtabulatio.
Agraŭlus, in agris ſtabulans.
Agredŭla, parva rana, ab agro, in quo invenitur. Iſid.
Agrēnon, p. p. veſtitus privatus in tragœdiâ. Scal.
Agreſte, ad agros pertinens, ruſticum.
Agreſtis lichen, impetigo. Lex. med. *Petiggine*.
Agria, ſcabies infeſtiſſima curatu difficilis. Item arbor frondis ſempiternæ. Gramen.
Agriachantha, ſpina ſylveſtris. *Spina ſalvatica*.
Agriampĕlos, labruſca, vitis ſylveſtris, Gorr.
Agrianthrōpus, homo ſylveſtris, Satyrus. *Huomo ſalvatico*.
Agricŏla, p. c. qui agros colit. *Agricoltore*. Agricultūra, agricolatio, &c. cultus agrorum. *Agricoltura*.
Agricolanus, agricola, agricultor, agricolōnus, Cathol. *Agricoltore*.
Agrielæa, olea ſylveſtris, oleaſter. *Oliva ſalvatica*,

ca. Gorr. contra, Gallielæa. Vide.
Agrimeliſſa, apis ſylveſtris. *Ape ſalvatica.*
Agrimenſor, qui agros metitur. *Agrimenſore.*
Agrimonia, herba nota. Agrimoñia, Eupatorium.
Agriocardămum, p. c. herbæ genus. Iheris. Ruel. naſturtium agreſte. Lex. Philol.
Agriolentes, acriolentes, leones feri, & ſævi. Caſaub.
Agriomēla, p. p. agricoccimela, mala ſylveſtria. *Mele ſalvatiche.*
Agriomorphus, agriōphus, qui agreſti eſt aſpectu. *Di faccia ruſtica.*
Agrionardum, herba Valeriana.
Agrionìa, feſtum in honorem Bacchi.
Agriopĕgi, p. p. carpentarii ex agreſtibus lignis opera conficientes. *Legnaiuoli di legni rozzi.*
Agriophagitæ, agriophăgi, p. c. Cyclopes, & homines ferrarum carne veſcentes.
Agriophăgus, qui veſcitur ferinâ. *Chi vive di fiere.*
Agriophōnus, p. p. agreſtem vocem habens. *Chi hà voce di contadino.*
Agriopſorìa, ſcabies fera. *Scabbia fiera.*
Agrioraphanus, raphanus ſylveſtris. Gorr.
Agrioriganum, origanum ſylveſtre. Gorr.
Agriornithes, ferræ gallinæ. *Galline ſalvatiche.*
Agrios, agreſtis, ruſticus. *Ruſtico.*
Agrioſelinon, apium ſylveſtre, Hippoſelinum.
Agrioſyce, p. p. mariſca, ficus ſylveſtris. *Fico ſalvatico.*
Agriotes, venationi piſcium deditus. Dalech.
Agriothymus, p. p. qui agreſti eſt animo. *D'animo fiero.*
Agripenni, qui non in toto quadrati, ſed in longo ſunt. Pap.
Agripĕtæ, p. c. qui petunt ex agrorum diviſione portionem, quæ viritim dabatur.
Agripōmum, autumnus. Suppl.
Agrippæ, qui in ortu pedes priùs emittunt. *Quelli, che naſcono co' piedi dinanzi.*
Agrippus, olea ſylveſtris. Agrippo ſterilior, prov. pauperrimus.
Agriſis, herba prædulcis. Dioſc.
Agrobōtes, p. p. qui in agris paſcitur. *Chi paſcola in campagna.*
Agrodōtes, p. c. agrorum dator.
Agrœcía, ruſticorum habitatio.
Agrœcus, qui in agro habet domum. *Chi habita in campagna.*
Agrigiton, p. p. qui habet vicinum agrum, aut villam vicinam. *Chi hà villa vicina.*
Agronōmus, p. c. in agro paſcens. Item magiſtratus adminiſtrans, quæ ad rura ſuburbana pertinent, Hylorus, dictus.
Agron, natus in agris, ita dictus, Nini filius. Rh.
Agrophylax, ſaltuarius, agrorum cuſtos. *Guardiano di boſchi.*
Agroſtis, gramen. Jun. Agroſtes, phallangii ſpecies. Agroſtinum, oleum ex gramine factum.
Agrōſus, agris dives, agricola. Varro. *Ricco di campi.*

Agrypnía, ſomnus difficilis, vigilia, pervigilium.
Agrypneticus, vigilias facilè ferens. *Che è di poco ſonno.*
Aguæ, ſpicæ. Feſt.
Agŭla, agala, moneta. Gloſſ. Item lena, quaſi agens gulam. Cathol.
Agumentum, quod ex immolatâ hoſtia defectum in jecore imponendo, augendi causâ. Varro.
Aguzo, as, acuo. *Aguzzare.* Cod. ll. antiq.
Agyeus, Apollo viæ præpoſitus.
Agyje, ſtatuæ Mercurii, vel Apollinis in viâ poſitæ, ſine manibus, & pedibus. Svid.
Agyjs, columna deſinens in acutum, quam ponere ſolebant Apollini, Baccho ve ante fores.
Agymnaſtus, inexercitatus. Agymnasía, quies ab exercitatione. *Ripoſo.*
Agynus, agynæus, uxore carens. *Senza moglie.*
Agyrtæ, circulatores, præſtigiatores, circumforanei, divinatores. *Ciurmatori, ciarlatani.*

A H

Ah, aha, dolentis. Ahu, ſilentii.
Ahēnum, vas ad carnes elixandas. *Caldaja.* Ænum, æreum, ahenum. *Di bronzo.*
Ahōri, præcoci morte præventi. Biæothanathi, violentâ morte. Tertul.
Aborta, major vena, ex corde ſanguinem recipiens. *Aorta.* Gel.

A I

Ai, dicito. Nev. Ajam, dicam, Sidon. ajat, dicat. Non. ab ajo, is, dico. *Dire.*
Aiblaſtes, ſemper germinans; aithales, ſemper vivens. *Che ſempre germoglia, e verdeggia.*
Aicarpus, ſemper fructificans. *Che ſempre frutta.*
Aicinētos, p. p. qui ſemper movetur. *Che ſempre ſi muove.*
Aidulĭa, p. p. perpetua ſervitus. *Servitù perpetua.*
Aigleuces, vinum dulce, quod muſtum videtur, quod in lacu non deferbuit. Plin. *Vino dolce.*
Ailăus, p. c. ailŏgus, p. c. ſemper loquens, ailogía, garrulitas. *Ciarlone.*
Aimneſtus, cujus memoria ſempiterna ſemper manet.
Ainautæ, apud Mileſios, qui conſcenſis navibus procul à terra progreſſi conſultabant de rebus magnis.
Ajo, dico. *Dire.*
Aiparthenos, perpetuò virgo. *Sempre vergine.*
Aipathĭa, perpetua affectio, paſſibilitas. *Paſſione continua.*
Aiphŏrus, perpetuò ferens. *Che ſempre porta.*
Aiphygía, perpetuum exilium. *Eſilio perpetuo.*
Aiphyllos, perpetuò virens foliis, ſemper folia habens. *Chi hà ſempre le foglie verdi.*
Aiplănes, perpetuò errans. *Vagabondo perpetuo.*
Aiſcŏpes, aves, quæ omnibus anni temporibus conſpiciuntur. Rh.
Aitia, ætia; accuſatio, criminatio. *Accuſa.*
Ajuga, herba chamæpytis, Jnn. Vide Abiga.
Ajus, Deus Ajus. Locutius, locutulejus, blatero. Bud.

Aju-

Ajutamini, adjutare. Pac. Non.
Aizoia, vitæ æternitas. Aizous, ſempiternus, ſemper vivens.
Aizōum, herba, ſempervivum, ſedum. *Sempre vivo.*

A L

Ala, quâ volatur. *Ala.* Item axilla, aſcella, concavum ſub brachio pilorum, unde hircinus odor halat. Alæ, equitum turmæ. Alaris, alarius, eques ex alâ. Alatus, alas habens. *Alato*
Ala, calamus lupinorum. Cato.
Alaba, atramentum. *Inchioſtro*, ſcriptura.
Alabandica, roſa, quæ eſt albicantibus foliis pallens, Alabadica, alabadiaca.
Alabandici, libelli barbari.
Alabarches, Halabarches, Harabarches, Alexandriæ præfectus Judæorum convehendi ſalis. Turn.
Alabarchia, vectigal pro tranſvectione decorum.
Alabaſter, alabaſtrum, alabaſtrus, lapis, & poculum ex alabaſtrite. *Tazza d'alabaſtro.*
Alabaſtri, unguentaria vaſa, Dalech. Alabaſtrum, vas terſum, & ſine anſa, pharmacopolarum, ubi unguenta, & pharmaca reponuntur. Svid.
Alabaſtrītes, p. p. marmoris genus dicti, Onyx: interſtinctus variis coloribus, ex quo vaſa unguentaria. Item gemma. *Alabaſtro.*
Alabaſtrothēca, repoſitorium vaſorum alabaſtrorum. *Armario di vaſi d'alabaſtro.*
Alăbes, piſcis ob lubricitatem incomprehenſibilis in Nilo.
Alăbrum, alĭbrum, inſtrumentum, quo fila vertuntur, aut involvuntur à fuſo, & colo, naſpo, ab hoc ad alabrum, ab alabro ad panum, inde ad telam. Alabro, as. antiq. Lex. Phil.
Alcatia, currus, qui utrimque vertuntur. Rigalt.
Alăcer, alacris, lætus. Alacritas, alacriter, alacrimonia, lætitia. Iſid. Gloſſ. *Allegrezza.*
Alagabal, Sol. Salmaſ.
Alala, acclamatio militaris ante pugnam. Alalagmus. Item vociferatio ruſticorum.
Alalăge, p. c. lætus clamor. Item preces in ſacris adhibitæ.
Alalagma, clamor lætus militum. Item victorialis hymnus. Svid.
Alalía, infantia, cum quis fari non poteſt.
Alălus, p. c. mutus, qui fari non poteſt. *Chi non può parlare.*
Alam, herba radicis aromaticæ, Hinnula. Pap.
Alandahal, colocynthis. Meſue.
Alantoides, membrana. Jun.
Alaos, cæcus. Alaoſcopía, cæca ſpeculatio.
Alaotŏcus, cæcos pariens catulos.
Alăpa, colaphus. *Guanciata.*
Alapa impingitur manu explicatâ in maxillam, habens plus ignominiæ: Colaphus manu contractâ in pugnum, in collum, & dorſum, habens plus afflictionis. Corn. à Lap.
Alapāre, alapam, ſeu colaphum impingere, verberare. Suppl. Alapizare, colaphizare. *Schiaffeggiare.* Cathol.

Alapātor, gloriator. Suppl. *Vantatore.*
Alapātus, herba dejiciendæ alui vim habens, purgatoria. *Romice.*
Alăpus, qui alapas patiendo ſibi victum parat. Cathol.
Alarica, haſta triangulum ferrum habens. Pap.
Alarii, equites, alarum exercitus. Alaris, alarius, ex alâ, caballarius. Item ſatellites Epiſcoporum.
Alaſion, calix verſicolor, colorem ſubindè mutans. Salm.
Alaſtor, animus malè conſcius, ſuperbus. Item malus genius, & ultor. Dæmon.
Alaſtoria, ultrix conſcientia. Diræ.
Alaſſontes, alaſſones, calices verſicolores, ſubindè colorem mutantes. Caſaub. Marc Don.
Alaternus, arbor quædam infructifera, frutexve.
Alathētes, p. p. qui latere non poteſt.
Alatium, medicamentum ex ſale confectum. Gorr.
Alatapolia, ſalis venditio. *Vendita del ſale.*
Alauda, avis galerita, corydalus. *Allodola.*
Alauda, legio nova Cæſ. dicta, à criſtis galearum, criſtata.
Alaudius, ex juſta ſervitute dimiſſus. Alaudium, Laudimia, honoraria munera, quæ domino fidem accipienti à vaſſallo tribui ſolent. Lex. Philol.
Alaudium, ſolum, quod nullum dominum, nec patronum agnoſcit, præter eum, qui donavit. Allodium etiam dictum, unde Bona Allodialia. Bud.
Alazon, ſuperbus.
Alazonía, p. p. *Superbia, arroganza.*
Alba, veſtis Sacerdotalis linea ſtricta. Poderis. Camiſium. Camicé. Item margarita. Salm.
Alba, item veſtis militaris, diebus feſtis, & pompæ deſtinata, unde Albati, albis veſtiti. Salm.
Albānæ, nuces priſtinæ. Iſid. Gloſſ.
Albara, populus alba. Barb. Lex. med.
Albarium, calx liquefacta, quæ illinitur tectorio, cum paries pingendus eſt, quod fit ex calce, vel quâ muri dealbantur. *Imbiancatura, muro, ò bianco da imbiancare.* Albarium opus. Albarius, Vide Albinus.
Alba ſpina, herba aculeata.
Albateche, melò Indus. *Cocomero maggiore.*
Albātus, minor magiſtratus. Varro. Item albedine obductus, aut albis veſtibus. *Veſtito di bianco*, baptizatus. Amalarius.
Albaveræ, gemmæ candidiſſimæ clauſæ bullis.
Albegmina, ablegmina, partes extorum, quæ Diis immolabantur, & porriciebantur, dicta proſiciæ, profecta, quaſi ſeparata à reliquâ viſceratione. Scal. Feſt.
Albena, uvarum genus.
Albeo, albeſco, albus fio. *Imbiancarſi.* Albĭco, aliquantulùm albus fio, unde Albidus. *Biancheggiare, bianchiccio.*

Al-

Albeolus, p. c. alveolus.
Albergariæ, census, seu pactiones debitæ pro comestionibus. Cod.
Albescens, album evadens. Albescitas cœli, aurora. Sidon.
Albesia, albosia, scuta lata Albensium, Marsorum, decumana dicta, quòd essent amplissima. Fest.
Albeus, albeolus, alveus, alveolus, tabula lusoria. *Tavoliere*.
Alberia, alebria, alebra, bona, quibus alimur. Alibre, alimentum. Scal. *Alimento*.
Albi calculi, felices. contra, Nigri, infelices. Prov.
Albiānus, album habens corpus. Suppl.
Albĭcat, albicassit, aliquantùm fit albus.
Albicatur, exalbescit. Varr. *Biancheggiare*.
Albicera, olivæ genus.
Albicerata, ficus pediculo minimo latissima. Plin.
Albicitatio, solemnitas Carthagin. cum Procosl. legebantur. Novar.
Albidus, aliquantùm albus. Plaut. Apul. *Bianchiccio*. Albicies, albedo. Cath.
Albii, montes olim dicti, nunc Alpes. *Alpi*.
Albinus, albarius, qui calce purâ parietem allinit, *Imbiancatore*. Fest. Albiŏlus, subalbus. Cathol. *Biancheto*. Dimin.
Albiolum, alveolum, Salmas. *Tavoliere*.
Albitūdo, albēdo. Apul. Albor, ōris, p. p. candor, albumen ovi. Albicies. Cathol. *Biancheza*.
Albiulna, ulnas albas habens, Juno dicta.
Albium, alveum. Salmas.
Albo, as, album facio. *Imbiancare*.
Albogalērus, p. p. pileus Flaminis ex hostiâ albâ, cui affixus apex virgulâ oleaginâ. Fest.
Albosia, albesia, scuta decumana amplissima. *Scudi larghi*. Albrahim, genista, spartum. Mesue.
Albūcum, herbæ genus. Hasphodelon, Hastula regia.
Albuelis, uvæ genus. Plin.
Albūgo, inis, cicatrix crassa ulceri inducta. Item macula in oculo, similis albumini ovi: si tenuis, nebula, dicta: si crassa, leucoma. Hinc oculi albuginei. *Maglia*.
Albulæ, aquæ luminosæ vulneribus medentes. Tiberis, olim, Albula dictus.
Albūmen, quod est in ovo album. *Chiaro*. Vitellus, croceum. *Torlo*.
Album, tabula, codex, idque multiplex, Prætorum, Judicum, amicorum, &c. Scriban.
Albūna, mater, Matuta. Isid. Gloss.
Albura, albumen. Suppl.
Alburnum, albescens. Item adeps arboris, & ovorum. Exalburnāre, alburnum detrahere, id est, mollem, & putrescentem partem.
Alburnus, piscis fluviatilis ab albedine dictus. Rondel.
Albus, album, tabula in quâ scribantur milites
Albiŏlus, dimin. Pap. *Rollo de soldati*.
Alcæa, cauda leonis. Rh.
Alcaicum carmen, ab Alcæo inventore. Vides, ut altâ stet nive candidum.
Alcares, diras imprecationes, & incommoda arcens.
Alcarmes, Carmes, vermiculus, ex quo coccus, & coctineus color. *Cremesi*. Carmelinus color. Lex. Philol.
Alce, canis dictus à roboris præstantia. Jun. Svid.
Alces, virtus, fortitudo. Item fera immanis. Alce.
Alcea, Malva sylvatica. *Bismalva*. Alcisma.
Alcedo, Alcyon, Halcyon, avis pariens in mari tranquillo hyeme. Alcedonia, tempus tranquillum.
Alcedonia, malacia maris, dies tranquilli, serenique xiv. brumali tempore.
Alcesimarchus, à robore, & imperio quis dictus.
Alcesimus, à robore. Plaut. robustus.
Alchannæ oleum, cyprinum. Mesue.
Alcharion, scultella. Glosl.
Alchata, genus columbarum sylvestrium.
Alchee, lynx, ex leone, & pado natum animal ferum.
Alchelucia, species quædam ad vectigal pertinens. Alcheluch, dactylus. Mesue. L. I. C.
Alchimia, scientia docens facere aurum ex pulveribus metalli, vel aurum separare. Alchymia.
Alchimista, qui alchimiam novit, quæ docet facere, aut separare metalla. *Chimico*.
Alchmēna, valdè fortis, vehemens. Plaut.
Alcholol', pulvis subtilissimus non mixtus cum liquore. Lex. med. Xerocollyrion. Onom. med.
Alcibiacum, herba anchusa. Jun. alcibiadium, alcibion, herba adversus serpentes.
Alcibiades, subsidium vitæ.
Alcida, fera immanis, ignivoma, à Pallade cæsa.
Alcides, Hercules, ab alce, virtus, fortitudo.
Alcimăchus, strenuè pugnans.
Alcimus, fortis.
Alciōsus, alsiōsus, rigidus, perpetuò frigens. Suppl.
Alckermes, confectio ex granis tinctoriis. Mesue.
Alcorānum, lex Mahumedis impostoris; sicut Judæorum, Pentateuchus; Christianorum, Euangelium. Lex. Philol.
Alcter, propulsatur. Alcterium, remedium.
Alctēres, adminicula ad fossàm transiliendam.
Alcubugi, perdices. Mesue.
Alcyon, Halcyon, alcedo, avis in mari pariens. *Merlo di acqua, uccello S. Martino*. Supp.
Alcyonides, p. c. sereni, tranquillique dies, quibus alcyones fœtificant.
Alcyonium, spuma, quæ concrescit in mari, ex quâ nidum congerunt alcyones.
Aldiones, filii Aldiorum in Italia. *Fiscalini*, in Franciâ. Cod. Il. ant.
Aldius, statu liber. Item libertus, qui adhuc servit patrono. Pap. aldia, ancilla, quæ de

Digitized by Google

delibera nata eſt. Cod. ll. ant.
Alea, ludus omnis in varietate conſtitutus. *Ginoco di ſorte*. Item ludus teſſerarum. Aleŏla, parva alea. Cathol.
Aleātor, aleo, ōnis, qui aleâ ludit. *Ginocatore*.
Aleatorium, ludus aleæ, & pertinens ad aleas. *Coſa attenente à ginoco*. Item locus, ubi aleæ reponuntur; alearium, ubi luditur aleis. *Luogo di ginoco*.
Alĕbræ, nutrimenta, quibus alimur, Gloſ. Alĕbre, nutrimentum. Scal. Alebrius, benè alens.
Alebria, benè alentia, alimenta. Scal. arberia.
Alec. Vide Halec.
Alecto, irrequieta, numquam deſinens. Bud.
Alectoria, gemma, quæ in ventriculo Galli invenitur.
Alectorophonía, galli cantus, gallicinium. *Canto del gallo*.
Alectorolŏphus, galli criſtam habens. *Chi hà la creſta del gallo*. Item, herbæ genus.
Alector, indeſinens; unde Alecto, furia indeſinenter vexans.
Alectra, thori expers, conjux ſine thalamo ob adulterium.
Alectria, alectoria, gemma, quæ reperitur in ventriculo gallinacei cryſtallina ſpecie. Iſid.
Alectrolŏphus, herba conferens tuſſientibus.
Alectromantĭa, divinatio à galli cantu, & cæterorum animantium. Tripudium ſolliſtimum. Calcag.
Alectropodion, Orium, Scal. Lex. g. b.
Alectros, lecto carens. *Chi non hà letto*.
Alectryopōla, p. p. qui gallinas vendit.
Alectryon, alector, conjux innupta. Item gallus, dictus ita, quia è cubili nos excitat.
Alectus, adlectus. Man. *Eletto*.
Alefanginæ pilulæ, catapotia aromatica. Meſue.
Aſteria, gemma, incluſam lucem, pupillæ in morem, habens. Aſterias, piſcis genus.
Aſterias, gemma foſſilis, dura. Gorr.
Aſter, aſtri. Aſtrum, ſtella. Aſtrifer, ferens aſtrum.
Aſteria, ſtellaria, herba marina.
Aſtericum, Campanula, herba. *Campanella.*
Aſterian, aranci ſpecies. Item herba.
Aſteriſcus, ſtellula, nota in ſcriptis, ubi dubitamus, aut quid omiſſum, aut quid inſigne: contra: Obelus, cum falſum, ſuperfluum.
Aſteriſmus, aſtrorum concurſus. *Conſtellazione.*
Aſterno, juxta ſterno. *Diſtendere.*
Aſterites, gemma candida, incluſam lucem continens, ſicuti ſtellam. Cath. Iſid.
Aſteropœus, ambidexter, qui utrâque manu æquè utitur. *Diſtemancino.*
Aſteroſcŏpus, ſtellarum contemplator. *Guarda ſtelle.*
Aſter, ſamius, terræ ſpecies medicinalis.
Aſthenīa, imbecillitas, morbus. Aſthĕnes, invalidus.
Aſtes, Minerva lateri adſtans, quaſi ſocia. Præſtes, quæ præcedit, quaſi dux; unde, Præſtites, Dii. Bud.
Aſthma, anhelatio difficilis. Aſthmaticus, ſuſpirioſus, anhelus, difficilè ſpirans. *Chi hà difficoltà in reſpirare.* Tex.med.
Aſtiages, civitatis ductor. Bibl.
Aſtĭci, ludi urbani Athenienſium, quorum urbs, aſty, antonomaſticè dicta. Aſtyci.
Aſtĭcus, p.c. qui in urbe habitat, urbanus. *Chi habita in Città.* Aſtycus, ab Aſty.
Aſtĭctus, qui nullis punctis notatus. *Non picchiato.*
Aſtiŏchus, vas ſulphure, pice, & ſtuppâ plenum, quod objectum, ſive ejectum, obvia quæque comburit. *Fuoco lavorato:* quòd ſi muro impingatur, dicitur, *Petardo.*
Aſtipulatio, aſtipulatus, ûs, aſſenſus, atteſtatio. *Accordo.*
Aſtipulator, qui ſtipulatur. *Chi ſi accorda.* Aſtipulatrix, quæ aſſentitur.
Aſtipūlor, āris, aſſentior. *Conſentire, accordare.*
Aſtitas, aſtantes, vel præſidentes alicui rei. Paſſer.
Aſtituo, juxta ſtatuo. *Metter vicino.*
Aſto, as, præſens, vel erectus ſto. *Star preſente, è in piedi.*
Aſto animo, ſubdolo, verſuto. Cod.ll.antiq.
Aſtochia, opinionis, & ſpei fruſtratio. Aſtŏchus, qui non benè collimat, nec ſcopum tangit. *Chi non tocca il berſaglio.*
Aſtœchus, in quo verſus, aut ordines nulli ſunt.
Aſtŏma, ori ingrata, & guſtui. Rh. *Coſe diſguſtevoli.*
Aſtomathica, ſtomaco, & ori ingrata. *Coſe ingrate alla bocca, & allo ſtomaco.*
Aſtŏmus, p.c. loquendi facultate deſtitutus. Item equus præduri oris. Rh. Aſtŏmi, populi ſine ore, anhelitu viventes.
Aſtonomus, aſtynomus, ædilis.
Aſtorgus, in quo non ineſt affectus amoris intercedentis inter patrem, & filium.

Aſto-

Aſtroxĕnus, p.c. qui civis licèt ſit, pro peregrino tamen habetur.
Aſtraba, aſtrabarium, tabella, ubi pedes requieſcunt. *Tavoletta ſotto i piedi*. Iſid. Gloſſ. aſtrabarium, ſtapeda. *Staffa*. Salm.
Aſtrābe, lignum in ephippiis rotundum, quod manu teritur. *Pomo della ſella*. Rh. Item tabella, ubi pedes quieſcunt. Pap. *Tavoletta ſotto i piedi*.
Aſtrabelates, gerulum jumentum. Rh.
Aſtrabiſter, inſtrumentum quoddam veluti dioptra. Heſych.
Aſtræa, juſtitia.
Aſtragălus, p.c. Talus, os pedis in animalibus quibuſdam ſupra calcaneum. Item ſeptem ſpinæ vertebræ ſub collo. Item pars quædam in columnarum ſpiris. *Tendine*. Aſtragaliſmus, jactus talorum, ludus puerilis. Aſtragalizo, ludo aſtragalis, ſeu talis. Aſtragălus, etiam frutex parvus. Item ludi genus, in quo aſtragalis, ſeu talis luditur. *Giuoco del tallone*.
Aſtragălus, tormenti genus, vulgò, *Dado*.
Aſtrios, gemma cryſtallo perſimilis, in cujus centro ſtella lucet fulgore lunæ plenæ. Iſid.
Aſtragalomantia, divinatio ex aſtragalorum jactu. Calcag.
Aſtragalōta, lora flagellationi idonea, cum quibuſdam oſſiculis.
Aſtragalōte, maſtix, flagellum, cui oſſicula implicata ſunt, ad plagas majores infligendas. *Flagello con oſſetti attaccati*.
Aſtrāle, ad aſtrum ſpectans. Cath.
Aſtrama, aſſer, ſcabellum. Suppl.
Aſtrapias, gemma partim colore albo, partim cyaneo.
Aſtrategeſia, imperatoriæ artis imperitia.
Aſtrapoplecta, fulgore icta. Scal. ad Man.
Aſtrategētus, aſtrategicus, imperatoriæ artis ignarus, duce carens. *Senza Capitano*.
Aſtrateutus, immunis à militia. *Eſſente*.
Aſtratia, militiæ vacatio, ceſſatio. *Soſpenſione d'arme*.
Aſtrĕpo, juxta, aut ad aliquem ſtrepo. Cath.
Aſtricus, annus, in quo Sol ab aliquâ inerrante ſtella ad eamdem redit. Tropicus, ab æquinoctiali ad æquinoctialem. Scal. Lex. Philol.
Aſtringo, conjungo. *Stringere*. Aſtrictio, aſtrictorium, quod aſtringit. *Stretoio*. Aſtrictè. *Strettamente*.
Aſtrion, gemma ſimilis cryſtallo, in cujus centro lucet ſtella fulgore Lunæ plenæ. Cath.
Aſtroarche, Luna. Polit.
Aſtrŏbles, aſtroblētus, ſideratus, ſidere caniculæ pereuſſus. *Aſſidrato*. Aſtrobolia, aſtroboliſmus, ſideratio. Aſtroboleſia. *Aſſidrazione*.
Aſtroboliſmus, morbus arborum tenellarum cum afflantur ſidere; ſideratio. *Aſſidramento*.
Aſtrocynos, p.c. canis ſidereus. Rh. canicula. Pap.
Aſtrocyon, p.c. ſtella Canis duas habens ſtellas, unam in capite, Iſis; alteram in linguâ, Sirius, canicula.
Aſtroītes, gemma oculis piſcium ſimilis.
Aſtrolabium, inſtrumentum Mathematicum, quo aſtrorum motus deprehenduntur. Sipont. *Aſtrolabio*.
Aſtrologia, aſtronomia, aſtrorum ſcientia. Aſtrŏlogus, Aſtronŏmus, hujus artis peritus. *Aſtrologo*.
Aſtrologus, qui ex aſtrorum ſupputatione, effectiones, & futura prædicit. Unde Aſtrologia.
Aſtronomus, aſtrorum ſcientiæ peritus, & motus cœleſtes recenſens. Unde Aſtronomia.
Aſtromyum, ſtellæ nomen.
Aſtron, aſtrum, ſidus, peculiariter pro caniculâ.
Aſtropelece, fulmen. Lex. g.b.
Aſtroſia, cubatio ſine ſtragulis. *Dormitione ſenza coperta*.
Aſtrōſus, lunaticus, malo ſidere natus. Iſid. gloſſ. Cath. Pap.
Aſtroteſia, conſtellatio, plures ſtellæ ſimul poſitæ. *Coſtellazione, ſegno celeſte*.
Aſtrothetema, ſtellarum poſitus, ſeu conſtitutio. Aſtrothĕtus, ad ſtellarum poſitum pertinens. *Figura celeſte*.
Aſtrothytes, qui aſtris ſacrificat. *Chi ſacrifica à ſtelle*.
Aſtrum, vide Aſtron.
Aſtruo, juxta ſtruo, ædificium ædificio jungo. *Fabricar*.
Aſtu, aſtutiâ, aſtutè. Feſt. aſtutus, aſtu tutus. Aſtutè, &c. *Aſtuto*. Item urbs, civitas.
Aſtulæ, cœmenta lapidea, & lignea, fomites ex arboribus cæſis. Aſſulæ. Turn.
Aſtupeo, ad aliquem, vel valdè ſtupeo. Cath.
Aſtur, ūris. Aſturco, onis, voluntarius, colatorius equus. Salm. *Ginetto*. Aſtur, equus.
Aſtur, falconum genus. *Aſtore*.
Aſtu incilas, civitatem probro traducis, funeſtaſque, acc.
Aſturco. Vide Aſtur.
Aſtŭres, ex genere infimo aquilarum, vel miluorum, vel falconum.
Aſtus, us, aſtutia, Civitas. Aſtus, a, um. Plaut. Aſtutia, aſtutè, aſtūtus. Aſtu, indecl. aſtutè.
Aſty, urbs, per antonomaſiam, Athenæ; Polis, Aſtu, Alexandria; Urbs, Roma.
Aſtyanax, urbis Rex, & Princeps.
Aſtyboōtes, p.p. in urbe, per urbem clamans.
Aſtyci. Vide Aſtici.
Aſtygiton, urbi vicinus.
Aſtylis, lactucæ latioris genus ſine caule. *Lattuga ſenza gambo*. Aſtytis. Athen.
Aſtylos, columnas non habens. *Senza colonne*.
Aſtymēnes, in urbe commorans. *Chi ſtà in Città*.
Aſtynŏmus, aſtynomicus, Ædilis, curator viarum, & ædificiorum urbis, quaſi, Lex urbis. Rh.
Aſtyŏchus, urbem protegens. *Protettore della Città*.

Aſty-

Aſtymus, humana dictio, fig. Aſteiſmus, aſtriſmus, urbanitas.
Aſtyxĕni, qui non habent ædes in urbe, & ſunt peregrini.
Aſtueſtus, asbeſtus, inextinguibilis lapis, incombuſtibilis.
Aſuſpicium, aruſpicium, antiq.
Aſycophantētos, qui ſycophantiosè delatus non eſt. *Chi non è accuſato falſamente.*
Aſyla, herba qua ſibi pecora medentur. Plin.
Aſylarches, inviolabilis, & ſacer magiſtratus, ut olim Tribuni Plebis, aſyli, dicti.
Aſylia, p. p. jus libertatis, & veniæ; immunitas aſylorum, ſeu Eccleſiaſtica.
Alyllepſia, privatio facultatis concipiendi.
Aſyllogiſtus, non rectè ratiocinans, aut colligens, *Chi non diſcorre bene.*
Aſylum, p. p. ara, templum, ſtatua Imperatorum, olim loca communia, *Luogo di franchigia, ò privilegiato.* Aſylia, immunitas Eccleſiarum.
Aſylus, p. p. immunis, ſtatua Imperatorum.
Aſymbŏlus, p. c. qui ſymbolas non confert, immunis à convivii expenſis, *Franco da pagar lo ſcotto.*
Aſymbulus, p. p. conſilio carens, *Senza conſiglio.*
Aſymmĕtra, inter quæ commenſus nullus.
Aſymmetria, ſymmetriâ, id eſt, convenientiâ carentia. Item in circulo, chorda eum dividens inæqualiter, & per centrum non tranſiens.
Aſympăthes, affectuum expers, & qui cum aliis non afficitur, *Chi non ſi confà con altri.*
Aſymphōnus, non conſonans, diſcrepans, *Chi non s'accorda.* Aſymphonia, inconſonantia.
Aſynagogus, p. p. cui interdicta ſynagoga, à ſynagogâ alienus, *Scommunicato.*
Aſynallactus, cum quo contrahi non poteſt, *Con chi non ſi può contrattare.*
Aſyncritus, incomparabilis. Bibl.
Aſynetus, inſenſatus, imprudens in judicando. Aſynuſiaſtus, ſine commercio.
Aſyndetus, disjunctus, injugis. Sidon.
Aſynthĕta, cryſtalla pura. Plin. Item non colligata, conjunctionibus carentia, fig. Aſyndeta: contra, Polyſynthĕta, Polyſyndeta, habentia multas conjunctiones.
Aſynthĕton, Dialyton, fig. cùm oratio nullis conjunctionibus eſt juncta.
Aſynthĕtus, non compactus, qui fœdera non iniit, aut non ſervavit.
Aſyntactus, immunis ab operibus, in nullam claſſem aſcriptus.
Aſyntacton, fig. cum conſueta orationis ſtructura mutatur.
Aſyntaxia, ordinis perturbatio, *Perturbazione d'ordine.*
Aſyntŏous, p. c. laxus, languidus.
Aſyſtăton, inſtabile, quod ſubſiſtere nequit. Item quæſtionis genus, pſeudomĕnon, mentiens.
Aſyſtătus, parùm conſtans, qui conſiſtere nequit. Item ſtatus non conſiſtens, *Inſtabile.*

A T

At quem, pro, ad quem, antiq. Cic.
Ata, æ, ate, es, noxa, detrimentum, Dæmon homini infenſus. Vide, Atte.
Ata, Dea rebus mortalibus turbas immittens: contra, Lyta, eas ſolvens. Dalec.
Atābat, Aſtabat, antiq. Varro.
Atabulus, ventus in Apulia ferventiſſimus, & pernicioſus. Lex. Philol.
Atactus, inordinatus, *Diſordinato.*
Atăcus, avis ignota. Pap. inſectile majus brucho: hic eſt fœtus locuſtæ, antequam habeat alas; deinde cum incipit volare, Athelĕtus; cum plenè volat, locuſta. Bruchus verò, eſt multò locuſtâ gravior. Atăcus dictus, quaſi, ſine tegâ, quod non tegatur. Cath.
Atalanta, ſine pondere, levis, velox. Cath.
Atanabo, genus vaſis, ſartago; unde Atanuvium. Lex. Philol.
Atalmăta, pueriles luſus, vel ſaltus.
Atamjeutus, qui non reconditus eſt.
Atanuvium, vas fictile Pontificale, quo uſi Sacerdotes Potitii. Atavium, potio. Feſt. Sup. Scal.
Ataphia, ſepulchri carentia, ſepulchri jactura, *Privazione della ſepultura.*
Atapinōtus, p. p. vir animi non abjecti, *Huomo di non poco animo.*
Atarăchus, vacuus à perturbationibus, *Tranquillo.*
Atarnum, garnum deſtrum, ferrum, quod intra modiolum ab axe teritur. Pl.
Atauri, boves intacti venere. Item puellæ non paſſæ virum. Rh.
Atavus, abavi pater, *Terzo avo.* Atavia, abavi, vel abaviæ mater.
Ataxia, ubi nullus ordo. Item, acoſmia, ordo decretorius dierum febrilium. Lex. med.
Ate, vide, Ata.
Atechnes, ſine fraude, & dolo. Atechnus, artificio carens, doloſiſque artibus, *Senza ingenni.*
Atechnia, nullum artificium, ruditas, artis imperitia.
Atecmartus, avis, quæ in volatu nullum habet augurium.
Atecnos, liberis, & prole carens. Atecnia, orbitas filiorum.
Ategia, attegia, tentoria, caſæ. Leo. Conſt.
Atelia, immunitas tributorum, aut militiæ, Atĕles, immunis, à quo nihil exigitur.
Atellani, privatim perſonati, qui in ſcenâ perſonam deponere non cogebantur.
Atelonēton, immune, pro quo vectigal non ſolvitur.
Ateniſmus, intuitus inconveniens, *Mirar fiſſo.*
Ater, niger, obſcurus. Atratus, pullatus. Atritas, atror, nigredo. Vide.
Ateramna, legumina contumacia, coctu difficilia, incoctilia, indomita, *Duri da cuocerſi.*

Ater-

Atergus, à tergo. De latus, à latere. Salm, Gloss.
Aterocopia, tracheliſmus. Cel. Aurel.
Athacus, avis genus. Voc. Ec. Vide, Atacus.
Athalaſſus, maris expers. Athalaſſum, vinum, cui non admixta aqua marina.
Athambus, qui ſtupore non percellitur.
Athanaſia, Leucathemus, herba montana. Item antidotus, collyrium. Gorr.
Athanātus, p. c. immortalis. Athanaſia, immortalitas. Athanaſius, immortalis.
Atharatrium, libi genus, ſiculneis obvolutum foliis. Rh.
Athăra, puls ex olyrâ, ſeu ſiligine, infantibus utilis. *Pappa*. Athera, ſorbitiuncula. Lex. Philol.
Atheătos, inviſibilis, qui non videtur. Atheorētus.
Athelabus. Vide, Atacus.
Athemiſtus, nefarius. Athemiſturgia, nefarium ſcelus.
Athēna, emplaſtri genus. Gorr.
Athenæum, p. p. templum Minervæ, quò Poetæ ſua carmina ferebant, recitabant; Latini verò in templum Apollinis, & Muſarum.
Athenaica, armaria in Athenæo, ubi libri aſſervantur. Athenaicum, bibliotheca. Salm.
Athenogeron, ſenex ſcholaſticus in ſenectute litteras docens.
Athenæ, ſine cumulo. Athenobius, Minervæ arcus.
Atheos, qui nullum Deum colit, aut credit; impius. *Atheiſta*.
Athet, eris, ſumma ſpica hordei, ariſta. Ruell.
Athēra, p. p. ſorbitio ex zeâ, & lacte, puls triticea. Caſſian. Item pinnula, quam ſub ventre habent thymnides.
Atherapeuſia, cultus carentia. Atherapeutus, non colens, incultus.
Athetĭna, piſcis marinus. *Lasbarina*. Rond.
Atherōma, p. p. tuberculum in capite naſci ſolitum. Cell.
Athēros, p. p. carens feris. Atheria, penuria ferarum. *Senza fiere*.
Atheronŏmi, qui pro ſuâ libertate legibus utuntur.
Atheſaurĭſtum, quod in theſauris recondi non poteſt.
Atheſauriſtus, qui nihil recondit in theſauris. *Chi non teſorizza*.
Atheſia, actio, quâ rata fiunt irrita.
Atheus, quaſi ſine Deo, impius.
Athiſca, pateria potoria. Voc. Ecc.
Athlēta, p. p. certator gymnicus, luctator. *Lottatore*. Athletĭcè, optimè. Athlēſis, athletice, es, certandi actus. *Lotta*. Athleticum, ad athletas ſpectans.
Athlon, certamen, certaminis præmium, *Combattimento, premio della lotta*.
Athlophŏrus, præmii reportator in certaminibus, *Chi riporta il premio*.
Athlotheſia, præmii conſtitutio in ludis.
Athlothĕta, athlothĕtes, p. c. præmia certaminis ſtatuens, deſignator ludorum gymnicorum, qui præmia ſtatuit.
Athomia, debilitas ſtomachi. Cath.
Athmŏdes, plenus vaporibus, *Pieno di vapori*.
Athoōlis, indemnitas, abſolutio.
Athopia, parvitas oculi cum viſus imbecillitate, *Debolezza di viſta*.
Athoraciſtes, qui thorace non eſt indutus. *Senza giubbone*.
Athremăta, dona, quæ à cognatis mittuntur virginibus nubentibus apud Lesbios. Buleng.
Athrēni, p. p. illacrymabiles. Athrenium, quod eſt abſque luctu, ſedes Muſarum. Suid.
Athribitis, Præfectura Ægypti.
Athymia, animi deliquium, defectio, *Svenimento*. Athymus, p. p. qui animum abjicit, deſpondet, *Che ſi perde d'animo*.
Athyrma, luſus puerilis. *Giuoco di putto*.
Athyrogloſſus, cui lingua effrænis, quaſi nullis januis coercita. Athyrogloſſia.
Athyronŏmus, ſine delectu utens legibus.
Athyros, p. c. janua carens, *Senza porta*. Athyroſtŏmus, cui os nullis foribus cohibetur, *Sboccato*.
Athyton, non immolatum. Athyta, non immolata.
Atichiſtus, atœchus, muro non cinctus, nec munitus, *Smantellato, ſenza muraglie*.
Atigeris, ſtatim. Feſt.
Atimorētus, p. p. de quo pœna ſumpta non eſt.
Atimōſis, p. p. ignominioſa damnatio, *Infamia*.
Atīmus, atimētus, p. p. ignobilis, ſine honore, *Diſonorato*. Inteſtabilis, legum præſidiis expers. Schar.
Athinia, ulmus Gallica. Jun. Colum.
Atizoes, gemmæ ſpecies argenti nitore præfulgens.
Atlantes, ſtatuæ altæ ſuſtinentes tecta, vel aliud in ædificiis. Telamones. Enn. *Statue che ſoſtengono trave, &c.*
Atlantides, Virgiliæ, Heſperides, Plejades, Atlantiades, aſtrum in tauro, *Chioccina, gallinella*.
Atlantius nodus, primus ſpinæ articulus. Plin.
Atmenus, ſervus, & ſubditus. Rh. *Suddito*.
Atmæorēſis, altitudo vaporum.
Atmoſphœra, aeris ſpatium, ubi ſunt vapores, infima regio. Arnĕpos, filius abnepotis.
Arneptis, filia, *Nipote del nipote*. Quaſi antenepos.
Atocia, atŏca, medicamenta ſterilitatem inducentia, vel abortum facientia. Rh. Lex. med.
Atocius, qui partum impedit. Atŏcus, ſterilis. Atocium, medicamentum conceptum abigens, *Medicamento da fare ſconciare*.
Atœchus, atœchiſtus, muros non habens.
Atŏmo, oculorum nictu.
Atŏmus, p. c. corpuſculum aereum inſectile. Atŏma, inſectilia, *Atomi*.
Atonia, p. p. nervi remiſſi languor.
Atopaſton, quod conjecturâ aſſequi non licet,

In-

Digitized by Google

Incomjesturabile.
Atopēma, p. p. dictum, aut factum absurdum. *Sproposito*.
Atŏpon, absurdum, inconveniens.
Atornāti, procuratores apud acta constituti. *Procuratori*. Scharo.
Atos, insatiabilis, *Ingordo*.
Atoxeutos, qui sagittâ peti non potest.
Atqui, certè.
Atrabiliarius, atrabile laborans, *Malinconico*. Atrabiliaria corpora, atræ bili obnoxia. Lex. med.
Atractos, navis pars. Calcag.
Atractylis, spina Cnino similis, quâ mulieres pro fuco utebantur. Dioscor.
Atactylis, hirsuta, carduus benedictus. Jun.
Atrāmen, p. p. nigredo. Unde atramentum. Cath.
Atramentum, niger color, *Inchiostro*. Atramentāle, Atramentarium, vasculum atramenti, *Calamaro*. Atramentum, coriarium, fuligineum, librarium, scriptorium, tectorium. Jun.
Atrăpos, apotrŏpon, vinum sponte fluens ex uvis, nondum calcatis, *Vin corso*. Rh. semita.
Atrapos, semita. Atrapare, fugientem capere, assequi. Sch.
Atrapus, pullatus, atris vestibus indutus. *Vestito di scuro*.
Atrebaticæ vestes, coloris Xerampelini, ideſt, siccatis vitium foliis persimilis, *Color di rose secche*.
Atrēti, quibus anus, aut genitalia perforata non sunt. Gorr.
Atribes, p. c. non tritus, inusitatus, *Non usato*.
Attici, qui excubant ad atrium, *Portinari*. Limenarchæ, ad limina. Lex. J.C. Atriarii, Atrienses, servi præcipui, quibus cura erat atrii, atrici dicti.
Atricensis, atrici, atrii custos, *Maestro, o portinaro della sala*, in ædibus privatis ad fores excubans.
Atricapilla, avis nota, Melancoryphos. *Capinere*.
Atri dies, infausti, *Giorni infelici*. Postriducani Cal. Jun.
Atrilicium, ea pars atrii, in quâ olim licia texebantur. Ascon.
Atripilius, qui habet pilos atros. Jun. *Di capelli neri*.
Atriplex, herba homines pallidos faciens. Fest. olus spinacium, *Reppice*. Onom. med.
Atriplexum, aureum olus. Atriplex. Fest.
Atritas, atritudo, atrices, nigredo. Plaut. Atricŏlor, atror, nigredo. *Negrezza*.
Atrium, prima pars domus ante ædes, ubi olim culina subdialis, continens mediam aream, *Cortile*. Atriŏlum, dimin. parvum atrium, *Cortiletto*. Atrium continet mediam aream, quæ sæpè peristylio, & porticibus circumdabatur. Fest.
Athrium, quasi æthrium, impluvium, subdivallocus ædium privatarum, quæ habebat tablina, seu pinacothecas, culinam, columnis cinctus, ideò dictus, *Peristylium, cortile*. Casaub.
Atrophìa, ex alimento nullum sentire beneficium. Item oculi vitium, cum imminuitur, aut deprimitur. Manar.
Atrŏphus, p. c. qui non aliter cibo, macilentus, atrophusa, corporis particulæ, ex nutrimento fructum non sentientes. Lex. Med.
Atropia, malè morigerata natura. *Scostumata*.
Atropos, Parcæ nomen, quòd ejus mens non flectatur, inexorabilis. Lex. Philol.
Atror, attritas, atritudo, nigredo. *Negrezza*.
Atrox, asper, crudelis, non maturus. Atrocitas, crudelitas. Atrociter, crudeliter. Fest.
Atrygos, fæce carens. *Senza feccia*.
Atrytōna, Minerva, quòd bellicis laboribus non sit exhausta.
Atubus, blæsus. *Balbo*.
Atta, littus. Turp. Item senex vocatus à pueris honoris gratiâ, avi nomine, Atta. Fest.
Attabernālis, socius in tabernâ. Tabernio, ōnis, Cath. meliùs, Attubernalis. *Compagno di Taverna*.
Attæ, qui vitio pedum plantas à terrâ non sublevant, sed magis atterunt. Atæ.
Attaceo, simul taceo. Cic. *Tacere insieme*.
Attaci, bruchi, mastaces, locustæ rodentes fata. Rh. *Cavallette*.
Attactus, us, ab, attingo. *Toccamento*.
Attaciſſo, repo, ab attio deductum, antiq.
Attăgen, p. c. attagena, avis nobilissima in Asiâ. *Francolino*, aliis aliter.
Attalus, auctus, nutritus. Bibl.
Attam, senem honoris gratiâ nominabant. Vide, Atta.
Attamināre, attingere. S. Aug.
Attaminat, inquinat. Isid. Gloss. purgat farinam. Cath.
Attamen, setaceum, seu cribrum. Attamino, as
Attanăbo, genus vasis. Isid. Gloss. Attanŭlum. Idem.
Attaragi, res pusillæ, pustulæ panis, & fragmenta derasa è crustâ superiori; ex inferiori dicitur, Epsethia. Rh. Atteger. Vide Adteger.
Atteger, Adteger. Vide: contra, Integer.
Attegere, attingere, antiq. Scal. *Toccare*.
Attegiæ, mapalia, tuguria. *Capanne*. Maurorum casulæ, quasi ad tempus tectæ. Pap.
Attegrare, integrare, vinum in sacris augere, in statum redigere: attegrum vinum. Fest. vide, adtĕger, adtegrare.
Attegrum vinum, & attegratur, cum libatur, quia tunc minuitur, ut sacrificium augeatur, Lex. Philol.
Attelăbus, p. c. minima locustarum sine pennis. Plin.
Vttellanæ, fabulæ salibus, & jocis conditæ. Attellanus, Attellanius.
Attempĕro, as, adapto. *Accomodare*. Attemperatè, tempestivè. *A tempo*.

Atte-

Attendo, prointendo, adverto. *Attendere, avvertire.*
Attentāre delictum, inchoare, non perficere. *Tentare.*
Attentio, onis, intentio. *Attenzione.* Attentè, adv.
Attenuāre, subtilem facere. *Assottigliare.* Attenuātum, attenuatio. *Assottigliare.* Attenuatè. *Sottilmente.*
Attĕro, p.c. Atterĕre, comminuere. *Fregare.* Attritus, us, attritio. *Fregamento.* Atteritus, attritus. Lipſ.
Atteſtationes, probationes factæ in abſentia partis. Item depoſitiones, teſtimonia. Rebuf.
Atteſtor, anteſtor, teſtem facio. Turn. Atteſtationes, teſtium depoſitiones.
Attexĕre, texendo adjungere. *Teſſere appreſſo.*
Atteſtata fulmina, quæ ad conteſtanda priora prodigia ſuperveniunt. Senec. Calv.
Attibernālis, vicinus tabernæ. Iſid. Gloſſ. Attubernalis, Attabernalis. Vide Adtubernalis.
Atticinari, ad ignem titiones advicinare. Ticinor. Cathol. *Attizzare il fuoco.*
Atticiſmus, elegantiſſimus character Græcorum. Atticiſſare, Atticos imitari. Feſt.
Atticurges, Atticâ elaboratum. Vitr.
Attigo, attingo, antiq. Plaut. attigere, contigere. Non. antiq.
Attinguem, attingam, antiq. Lipſ.
Attiguus, contiguus; qui ita vicinus eſt, ut attingat. Apul. *Contiguo.*
Attilus, p. p. piſcis genus, Padanum. Rondel.
Attimoi, improbi, inteſtabiles. Lex. J.C.
Attinæ, lapides in materiam congeſti, & ſe mutuò tangentes.
Attinentia, circumſtantiæ.
Attineo, teneo. *Tenere.* Attinet, pertinet. *Appartenere.*
Attingo, leviter tango. *Toccar leggiermente.*
Attingebo, ab attingo, attingam, antiq. ut claudebo, vivebo. Scal. attingo.
Attingem, attingam, antiq.
Attis, Idis, luſcinia, philomēla. *Vſignolo.*
Attollo, elevo. *Inalzare.*
Attondeo, Attondēre, omninò tondere. *Radere.* Attonſus, Attondens.
Attŏno, p. c. as, attonare, juxta tonare, ſtupefacere, antiq. Attonitus, ſtupefactus, *Attonito*, attonitè, adv. Item apoplecticus.
Attraho, ad me traho, allicio. *Allettare.* Attractio, Attractus.
Attrectare, palpare. *Maneggiare.* Attrectatio, ōnis. *Maneggio.*
Attrĕmo, is, p.c. ad vocem alicujus contremiſco. Stat.
Attribuo, aſſigno, committo. *Aſſegnare, attribuire.*
Attributæ pecuniæ. *Aſſegnazioni.* Attributi, quos debitoribus exigendos damus. *Ditte.* Gloſſæ.
Attrita, intertrigines, paratrimmata, confricationes ex itinere. *Scorticature per il camminare.* Manar.
Attubernalis. Vide Adtubernalis.
Attŭlo, abſtulo, affero, aufero. Tulo, fero. Pac.
Atturacio, ſacrificium ex thure. Suppl. Gloſſ.
Atubus, blæſus. Suppl. Hatubus. Vide.
Atventus, adventus, antiq. Lipſ.
Atychia, fortuna adverſa. *Diſgratia.*
Atymbos, ſepulcro carens. *Chi non hà ſepoltura.*
Atyphia, animus expers faſtus. Atyphus, p.p. *Non arrogante.*
Atypi, non expeditè loquentes, & qui non formā decenti præditi.
Atypus, Echo loquax.
Atyriphōnus, p.p. cui feſtinata nimis in loquendo celeritas. *Chi parla troppo preſto.*

A V

Au, interjectio conturbatæ mentis.
Avaria, aviaria. Gloſſ. Salmas.
Avaritia, avarities, tenacitas. Avarè, avariter; avarus, tenax. *Avaro*, avarus, ſemper reprehendendus; avidus verò, non ſemper. Non.
Aucæ, anſeres. Marchul. *Oche.* Codd. ll. antiq.
Aucat, circumflectit.
Aucella, ortigometra. Iſid. Gloſſ.
Aucea, ſæpè aucta. Feſt. Lex. Philol.
Aucellus, avicula. Suppl. *Augello.*
Auceps, qui aves captat. *Vccellatore.*
Auceta, ſæpè aucta. Feſt.
Auchem, navis pars. Calcag.
Auctator, accenſus, miniſter publicus. *Miniſtro publico.*
Aucones, incantatores, vel vicini. Iſid. Gloſſ.
Aucta, incrementa; auctus, us, incrementum. *Accreſcimento.*
Auctāre, auctitāre, ſæpè augere. *Accreſcere ſpeſſo.*
Auctarium, ſuperponendum, corollarium, cumulus in modio. *Buona miſura.* Feſt. *Giunta.*
Auctificum, quod auget. Lucr.
Auctio, venditio bonorum publica. *Incanto.*
Auctiōnor, p. p. auctionari, publicè ſub haſtâ vendere. Auctionans. Auctionariæ tabellæ.
Auctionalis, qui emit. Auctionalia, inſtrumenta auctionis.
Auctirium, pro auctarium, a, in i, mutatum. Inſen. vett.
Auctito, as, frequenter augeo, Auctito. *Accreſcer ſpeſſo.* Scal. Auctim, creſcenter. Cathol.
Auctor, qui auget. Auctrix, quæ auget. *Autore.* Auctorites. Item venditor. Salm.
Auctoramentum, obligatio ſtipendio, preciove facta. Merces, eſt auctoramentum in ſervis mercenariis.
Auctorare, juramento, vel ſtipendio obligare. Item auctorem fieri, auctoritatemque interponere. Auctorizo, as, authenticum facio. Cath.
Auctoratio, venditio gladiatorum.
Auctoratus, auctoramento obligatus, gladiator, aut

aut ſervus, auctione publicâ venditus, aut addictus : aut qui ſuam ad gladium operam mercede locavit . Item auctoritate confirmatus , *Autenticato* . Tertull. contra, Exauctoratus , auctoramento ſolutus . *Diſobligato* .

Auctores, qui ſe vendunt, & auctorant, ad ludum auctorati . Salm.

Auctoro , obligo . Exauctoro , obligatione , & ſacramento libero .

Auctrix, augmentatrix . Cathol.

Auctorium, quod additur menſuræ, cum venditur . Cathol. auctarium, meliùs . Vide .

Auctuatio, auctus, congregatio . Suppl.

Auctum, ſpatium Circi, quod ſuper definitum modum victoriæ adjungitur . Feſt.

Auctus , augmentum . *Accreſcimento* : unde aucumnus . Vide, Autumnus .

Aucupavi, pro , aucupātus ſum . Plaut. Aucupari, aves ſectari . *Vccellare* .

Aucupium , locus avibus captandis . *Vccelliera* . Avium captatio . Auceps , qui aves capiat , *Vccellatore* . Aucupatio . *Vccellagione* . Aucupatorius, ad aucupium pertinens, *Daccellare* . Aucupabile , aptum aucupio .

Aucūpor , aris, aves capio . *Vccellare* . .

Audāces, calices vitrei viliores . Martial. Salmas.

Audacitas , audacia . Flodar. audaciæ, arum, audaciter .

Audacter, Audenter, ab audeo, es . *Ardire* . Audacūlus, aliquantùm audax . *Sfacciatello* .

Audax, *Ardito* . Audacia, *Ardire* .

Audentia, audacia: illa fortitudinis, hæc temeritatis . Non.

Audībo , audiam . Feſt. En.

Audientes, Catechumeni . Tertull. Audientiam præbere . Audientia , æ .

Audientiam fac mihi , Fac ut audiar .

Auditorium , locus ubi cauſæ audiuntur, cognoſcuntur, finiuntur . *Auditorio* .

Audītor , qui audit, & apud quem agitur . *Auditore* . Auditus, us ; ab audio, is . *Aſcoltare* .

Audivitavi , ſæpè audivi, antiq. Feſt. Auditavi . Scal. *Hò udito ſpeſſo* .

Ave, Have, Chære , ſalve . Avete , ſalvete . *Dio vi ſalvi* . Aveo , es, cupio . *Bramare* .

Avecta, ſæpè aucta . Feſt.

Aveho , abduco . *Condur altrove* .

Avellanum , avellana , corylum, nuces avellanæ . *Noccinola , noccella* .

Avellĕre, extirpare . *Sbarbicare* . Avulſor , qui avellit, avulſio .

Avēna, p. p. frumenti vitium, *Avena* . Avenaceus, ex avenâ . Avenarium , locus avenæ . Avena, item calamus, ſeu culmus ſegetis , ex quo fiſtulæ fiunt . *Zampogna* .

Avenaria, cicadæ ſpecies, frumentariæ, dictæ . Plin.

Aventare, truncare, eradicare avenas. Cathol.

Aventer , avidè . Sidon. *Avidamente* .

Avenūla, parva avena . Cathol. *Zampognetta* .

Amalthea Onomaſt.

Aveo, es, concupiſco . *Bramare* : avens, concupiſcens . *Chi brama* .

Avernus, infernalis .

Averruncare, avertere , quaſi vitium ſarmenta runcâ præcidere . Arunc̄are , antiq. Scal. *Diſcacciar* .

Averruncidii , averruncarii , depulſores , tutani , alexicāci , apompæi , apotropæi , ſotēres , Phyxii . Delriu.

Aversātus, averſus, qui faciem aliò vertit . *Chi hà volsato le ſpalle* . Aversōres , fures . Cerda . Averſio , averſatio . *Volsamento di ſpalle , averſione* .

Averſor , aris, deteſtor, abominor . *Abominare , volsar le ſpalle* . Averſus, aliò verſus .

Averſus, non è regione poſitus, ut adverſus, ſed à tergo . Averſa Venus , poſtica . Adverſus , & averſus , impudicus omninò .

Averſores, qui furantur pecora, ea avertendo à paſcuis .

Avertæ, arum , lora latiora , per terga jugalis equi excurrentia , ſub alis ejus ſuccincta . Item pera , ſeu mantica , ubi veſtes viatoriæ , & aliæ neceſſaria reconduntur ; ſeu ornamentum capitis equorum , quo habenæ figuntur . Alc. Pancir. Avertarius , avertî equum regens .

Averto, is , aliò verto , amoveo, *Rimuovere* . Interverto , intercipio . *Fare una cavalletta* . Contra, Adverto . Vide .

Avertor , averſor, contemno . *Sprezzare* .

Averſione emere , conducere , cum pretium confuſè , non ſingulis mercibus conſtituitur , ſeu addito pacto , ut periculum rei emptæ ſit emptoris: alii legunt, adverſione . L. J. C .

Averſione venditur , locaturve: adverſione emitur , conduciturque . Hotoman.

Aves , volucris omnis . *Vccello* .

Aves oſcines , cantu · Præpetes , volatu augurantes . Altiles, Fartiles, ſaginandæ . Cohortāles . Palmipedes . Fiſſipedes . Inſeræ, circa terram volantes . Solidipedes , allectatrices , aliàs allectantes . Jun. Ambuſtaneæ, Circaneæ, Incendiariæ , Inebræ , vide ſuis locis .

Auf̄ero , adimo , *Levar via* .

Aves domeſticæ , ſelvaticæ . Codd. ll. antiq.

Auferro, as, ferrum demo . Cath.

Aufert , qui dedit . Adimit , imperio coactus . Eripit, qui plus valet . Auferre, poſſumus . Acimere, jubemur . Eripere, valemus . Front.

Aufugio , aliò fugio . *Fuggir altrove* .

Auge , ſplendor, lux: auge ſolis, cum eſt in maximâ altitudine . Augeo, majus facio .

Augificare, augere . Enn. Augmentare, augere .

Augeo, majus facio . *Accreſcere* .

Augeſco , creſco , incrementum accipio . *Aumentarſi* .

Augmen , augmentum , acceſſio , moles . *Accreſcimento* . Lucr. Item , Obſonii genus, quod ex immolatâ hoſtiâ defectum in jecore , imponendi , augendi causâ . Varro .

Augmento, augeo . *Accreſcere* .

Augura, auguria ex garritu avium, acc.
Augur, ex avium garritu prædicens. *Augure.*
Augurāle, insigne augurum, & ad augurium pertinens. Auguracŭlum, arx, unde auguria captantur. Fest. Auguriale. Plin.
Auguriāre, Inaugurāre, augurio consecrare: contra, Exaugurare, quod auguratum erat, contrario augurio profanare.
Auguratò, per augurium. *Con augurio.*
Augurium, ipsa divinatio. *Divinatione.* Augurium salutis, quod precabantur Cos. Augures: auguratus, us, auguratio, augurium.
Augurius, a, um, auguralis. *Attenente ad augurio.* Cic.
Augŭro, augŭror, augurium capto, prædico ex avium cantu. *Augurare, indovinare.*
Augurum, augurium. *Augurio.*
Augusta, Augusti uxor. Augustinus, Augustanus, ab Augusto. Augustea charta, ampla. *Carta reale.* Cath.
Augustale, domus principis, vel magistratus, olim Prætorium, dictum. *Palazzo del Principe.*
Augurorum, gestamen Persicum. Buleng.
Augustales milites, qui primos ordines militares ducebant. Veget. Item, Augustales, nummi genus. Cod. ll. ant.
Augustara mensa, quæ consecrata. Turn.
Augustei, termini in locis montanis positi rotundi ab Augusto. Item, Augustēum, ingens ærea columna Byzantii. Pancir.
Augustus locus, sanctus, ab avium gestu. Fest.
Avia, matris, vel patris mater, *Avola.* Avus, *Avolo.* Avītum, p. p. quod est avorum, sine viâ.
Avianus, agrum locans pro angariâ. Isid. Gloss.
Aviaria, secreta nemora, quæ aves frequentant. Virg. Avia, dicta. Vide avium.
Aviarium, avium receptaculum, ubi nutriuntur, *Luogo da tener uccelli.*
Aviarius, avicularius, qui aviario præest, aut aves custodit, *Chi tien uccelli.*
Aviaticus, avus, barb. Lex. J. C. propriè nepos, quasi ab avo dictus. Aviatica hæreditas. Cod. ll. ant.
Avicula involucris, implumis volucris, *Uccelletto.* Jun. Avicularius, qui capit aves.
Aviculariæ, secreta loca, ubi solæ aves. Cathol. *Luoghi d'uccelli.*
Avideo, avidus fio, insatiabilis. Suppl. Aviditas, Avidè, avidus, aveo, es, valdè cupio, *Bramar.*
Avigerŭlus, qui aves getit ad vendendum. Cathol.
Avigĕrus, augurator. Pap. *Augure.*
Avilla, quasi ovilla, agna recenter nata. *Agnellina.* Fest.
Avinum, extra vinum, id est, aquâ mistum Cath.
Avis, volucris, *Uccello.* Vide, Avicŭla.
Avisti, abisti, antiq. Palm.

Avitium, avium locus, & genus. Apul.
Avītum, quod ab avis accepimus.
Avium, avius, distans viâ, per quod iri non potest. *Senza via, fuor di strada.*
Aula, domus regia, *Corte del Principe.* Item, olla, *Pignata.* Aulŭla, parva olla, *Pignattina.* Unde aulicŏqua exta, in aulis cocta. Fest. Plaut. Unde aulicus. Vide. *Cortigiano.* Vide Chors.
Aula Virginis, claustrum Virginale. Chrys.
Aulamæum, tributum, è quo solvebatur stipendium militibus aulam Principis servantibus. Buleng.
Aular, ollar, ollæ operculum, seu olla, *Coperta di pignatta.*
Aularius, aulicus, qui aulam Principum frequentat, *Cortigiano.* Palatinus.
Aulæa, ornamenta parietum aulæ, *Panni d'arazzo.*
Aulædus, aulœdus, auletes, tibicen, *Suonator di piffara.*
Aula fistulæ, *Cannuccie.* Cannulæ. Pap.
Aulæum, locus ante aulam.
Auleticum, tibiis idoneum. Plin. ut auleticus calamus, *Buono per fare una piffara.*
Aulētris, mulier tibicina, *Trombettiera, suonatrice.* Auletes, tibicen. Aulio, onis.
Aulicastri, curialibus moribus præditi. Bud.
Aulicŏqua, cocta in ollis, vel quæ coquit exta in ollis.
Aulicoctia, exta elixa in ollis. *Interiora cotte in pignate.*
Aulicus, p. c. aulas frequentans, *Cortigiano.*
Aulidus, aulœdus. Salmas. *Suonator di piva.*
Auliones, aulones, aulici, tibicines. Suppl. auletes.
Aulisĉus, parva tibia, *Piffaretta.*
Aulla, olla, *Pignatta.*
Aulodia, tibiæ cantus. Lyrodia, lyræ. Citharodia, citharæ. Rh.
Aulodicus, tibiarum cantus peritus, *Chi sà suonar di piffara.*
Aulœdia, tibiarum modulatio, ad quam elegiæ, & lamenta canebantur.
Aulœdus, cantor. Aulos, tibia, *Suonator di piffara.* Rh. Aulōdus.
Aulopia, piscis sæpio, Anthias à floriditate dictus.
Aulŭla, olla parva; unde, Aululariæ: Comœdia Plauti. Item, parva aula. Cathol.
Aumatium, locus secretus. Petr. Theatrum verò publicus. Pap. Vide Automatium.
Aumarium, omarium, latrina publica in theatris, in Circo. Gell. Item, cella.
Aunicŭla, p. c. auctio minor supra fundum. Isid. Gloss.
Avocamenta, solatia, negotia jucunda, *Deviamenti.* Bud.
Avoco, aliò voco. *Chiamar altrove.*
Avŏlo, p. c. aliò volo, *Volar altrove*; vel subitò discedo.
Avolsa, avulsa. Lucr.

Avor-

Digitized by Google

Avorſum facere, pati; præpoſtera libido. Cod. ll. antiq.
Avoſetta, avis, *Beccoſtata*, Italis.
Aura, ventus lenis, *Aura, Venticello*. Item, Aura levatitia, dicta tonitrua, ac tempeſtates in aere concitatæ à tempeſtariis cantationibus. Agobar. Epiſc. Aurŭla, parva aura. Tertul.
Auramentum, inſtrumentum effodiendo, aut purgando auro. Plin.
Aurantia mala, aurea, *Naranci*.
Aurāre, inaurare, deaurare, aurum ſuperinducere. Cathol. *Indorare*.
Auraria, aurifodina, locus, ubi aurum foditur. Item, tributi genus de rebus venalitiis.
Aurarii, favitores, ab aura, ſeu favore dicti. Serv. Salm.
Aurarius, aurum curans, *Chi cura l'oro*. Faber aurarius, *Orefice*.
Aurata, piſcis aurei coloris. *Orata*.
Auratum, quod in ſuperficie habet aurum, *Dorato*.
Aurea barba, Jovis, & Neptuni inſignia ornamenta. Turn.
Aurea, oreæ, fræna circa equorum aures, *Teſtiere*. Aureola, dimin. Feſt.
Aureax, auriga; aureas, frenos dicebant, quòd ad aures equorum religantur. Orias, quòd ad ora religantur. Item aureax, eques ſolitarius, ſingulator. Gloſſ. Iſid. Scal. Pap.
Aurelius, Chryſalus, nomen ab auro ductum. Turn.
Aureola, gaudium de operibus à ſe factis, per quod apparebit in corpore exterius quidam decor, gaudium interius oſtendens.
Aureŏlum, referens colorem auri.
Aureŏlus, aureus, moneta valens centum ſeſtertios, *Zecchino, ò doppia*.
Auresregiæ, miniſtri regis delationibus præpoſiti. Apul.
Aureſcit, aurora fit, aureum fit. Var.
Aureus; aureolus, aurīnus, orīnus, homo præſtans, auro contrà æſtimandus. Plaut. Scal.
Aureus numerus, cyclus Paſchalis XIX. an. auro notatus in faſtis.
Aurichalcum, orichalcum, æs aurei coloris, *Ottone*. Aurichalcicum, ex aurichalco, *D'ottone*.
Auricŏmus, p. c. auream comam habens. *Chi ha la chioma dorata*.
Auricŭla, cartilago circa aurium cavitatem, vel intima particula mollis.
Auricŭla urſi, herba odorifera. Auricula muris, herba, *Orecchia di topo*.
Auriculātus, magnas habens auriculas. Cathol.
Auricum, ad aures ſpectans. Cathol.
Aurifaber, aurifex, auri faber, *Orefice*.
Auricularis digitus, minimus. Item, amicus intimus.
Auricularius, auſcultator, ſecretarius.
Auricularium, ad auriculas ſpectans.
Aurifodīna, locus ubi aurum effoditur. Aurificina, ubi laboratur. Aurifex, auriſăber, qui aurum tractat, *Orefice*. Aurifer, qui fert; aurifur, qui furatur. Auriger, Aurilegus, &c.
Aurifila, liquationes, ramenta, trimma. Salmaſ.
Auriflamma, vexillum Gallorum.
Auriga, Origo, p.p. ſignum cœleſte. Item, qui currum agit, aurigarius, *Carrettiere*: aurigāri, aurigāre, currum agere, *Guidar carretta*.
Aurigatio, aurigandi officium.
Aurigena, filius auri.
Auriginōſus: arcuatus, ictericus. Iſid. gloſſ. *A chi s'è ſparſo il fele*.
Aurigo, as, p.p. aurigor, moderor, rego currum. Var. *Governar una Carrozza*.
Aurigo, ĭnis, icteriſmus, morbus regius, à colore auri. Ictericia. Lex. med.
Aurigrăphus, auream ſcripturam faciens. Aurigraphia, ſcriptura aurea. Cath.
Aurilĕgus, aurum legens. Aurilĕgulus. Scal.
Aurilegium, ubi colligitur aurum. Cathol. Auri experimentum, probatio. *Copella*.
Aurio, pro, haurio. Vide Haurio.
Aurifrygium, mitra. Gavan. Aurifrigium, quod ſtragulis ſericis, & auro intertextum. Lex. Philol.
Auripigmentum foſſile referens auri colorem, *Orpimento*.
Auripigmentum, citrinum, arſenicum naturale. rubeum ſandaracha. Dioſc.
Auris, pars capitis, *Orecchio*. Aurītus, magnas aures habens, & qui benè audit, *Orecchiuto*.
Auriſcalpium, inſtrumentum, quo aures purgantur, *Cura orecchie*. Dentiſcalpium, quo dentes, *Curadenti*.
Auriſcidus, qui aurum ſcindit, aurifex. Cathol.
Auriſcoria, fæx auri. Jun.
Auris marina, piſcis teſtaceus. Rondel.
Aurivittis, avis in ſpinis victitans: vel ab aureâ vittâ. Lex. Philol.
Auro, as, aurum ſuperpono. *Indorare*.
Auroclāva, auroclavāta, veſtis clavis aureis ornata. Salmaſ.
Auroclavāre, aureis clavis ornare.
Aurōra, prima diei lux. Aurorans, illuminans. Iſid. Gloſſ. Aurorare, illuminare. Cathol.
Auroſus, aureus: Auroſa arena, habens in ſe aurum. Lampr. Item, auro abundans, dives.
Aurŭla, parva aura, *Venticello*. Tertul.
Aurulentus, fulgens ex auri percuſſione. Prud.
Aurum, pretioſum metallum, *Oro*. Obryzum, Puſulatum, purum, putum, excoctum. Canalitium, in puteis effoſſum. Coronarium, pro coronâ imperatoris. Glebāle, poſſeſſionibus. Luſtrale, quarto quoque anno. Netum, filatum. Infectum, non cœlatum, rude. Oblativum, à ſenatoribus oblatum. Lex. J. C. Jun.
Aurŭfex, aurifex, *Orefice*.
Auruginoſus, arcuatus. Iſid. Gl. Aurūgo, morbus regius.
Aurugia, quaſi auri rugia, id eſt, ſcaptura, ubi

aurum ſcalpitur, non effoditur. Pancirol.
Auruncus, Averuncus, Deus mala avertens. Item auri furunculus. Aurunculus. Suppl.
Aurus, aureus. Salmaſ.
Auſcaripeda, vermiculus multipes, piloſus, in fronde naſcens.
Auſcultari, oſculari. Auſculum, oſculum, ant. Feſt.
Auſculto, audio, *Aſcoltare*.
Auſes, aures, antiq.
Auſi, auſus ſum. Auſim, audeam. Auſis, audeas. Auſimus, auſi ſumus. Feſt. Auſio, auſus, us, auſum, *Ardimento*. Audeo, es, *Ardire*.
Auſpex, qui ex avium volatu futura divinat, & qui nuptiis celebrandis præeſt, dictus ab avibus aſpiciendis ex parte mariti; Proneba ex parte uxoris.
Auſpicale, quod ad auſpicium pertinet. Auſpicālis oratio, in auſpiciis habita. Auſpicaliter, auſpicātò, augurātò, auſpicio ſumpto. Auſpicari, auſpicium ſumere.
Auſpicare, augurare, *Incominciare*.
Auſpicari, auſpicium facere, incipere aliquid.
Auſpicatum, felix. Auſpicatò, feliciter. Auſpicatè.
Auſpicari magiſtratus, non tantùm inire, ſed aliquid ex munere delibare, & leves aliquas, & translatitias cauſas audire.
Auſpicor, auſpicio, antiq. auſpicia ſumo, *Prendere gl'augurii*.
Auſpicavi, auſpicatus ſum; auſpicat, auſpicatur. Non. Auſpicatò, auſpicio ſumpto. *In buon'hora*. Auſpicatus, us, auſpicatio, auſpicium.
Auſpicium, augurium, divinatio ab avium paſtu, aut inſpectione earum. Feſt. Caducum, Juge, Perenne, Soliſtimum. Vide ſuis locis. Sca.
Auſtelli, parvi auſtri venti. Noti.
Auſter, ventus meridionalis. *Oſtro*. Auſtrinus flatus, *Vento di mezzo dì*.
Auſtērus, aſper, ſeverus, *Aſpero*. Auſteritas, auſtērè, Auſtērum vinum, non leve.
Auſtrānus, humectans. Suppl. Auſtrāti, humectati. Auſtrāre, humectare. Auſtrināre, corrumpere, macrum reddere. Cathol.
Auſtrinātus, macer, vento auſtro corruptus. Pap.
Auſtrino, as, humido, humidum reddo.
Auſtro, as, humecto. Auſtratus, humectatus, *Humido*.
Auſtrum, vide Hauſtrum.
Auſumo, abſumo. Gloſſ.
Auſus, us, auſum, cœptum, cogitatum, *Impreſa cominciata, ò penſata*. Auſio.
Autadelphi, fratres iiſdem parentibus progeniti. Rh. fratres germani, *Fratelli germani*.
Autæorētus, qui à ſeipſo in ſublime evehitur.
Autandros, cum ipſis hominibus.
Autangĕlus, qui ſibi nuncius eſt.
Autopodia, Anaxirides, calceamenti genus. Poll.
Autareſtus, ſibi ipſi placens.
Autarcia, facultas ex ſe ſufficiens ad benè beatèque vivendum. Ariſt. Calacag.
Autenergētus, ipſe per ſe operans.
Autepibūlus, ſui ipſius captus inſidiis.
Autepictates, qui ipſe per ſe, & ſuo jure, juræ imponit, ut Rex.
Autepſa, ſartago, olla ita artificioſa, ut quaſi per ſe ipſa minimo igne coquat. Authepſa.
Auterētes, miles qui per ſe remigat.
Auteritas, antiquitas. Iſid. Gloſſ.
Autexuſius, autognōmon, p.p. qui ſui juris eſt. Lex. J. C. *Chi è in ſuo potere*.
Authadoſtōmus, qui eſt ore contumaci, ac temerario. *Sboccato*.
Authæmus, qui eſt ejuſdem ſanguinis, *Del medeſimo ſangue*.
Authemērum, quod eſt ejuſdem diei, *Del medeſimo giorno*.
Authenta, qui ſeipſum interimit. Item, qui ſeipſum ad aliquid mittit. Item dominus, qui ſe in ſua poteſtate habet. Item, qui poteſtatem in ſe exercet, & interficit. Hinc Authenſia, poteſtas, auctoritas. Lex. Philol.
Authentes, dominus pro ſuo arbitrio omnia faciens. Authentīa, poteſtas.
Authentica, ſcripta facta ab auctoritatem habente. Authenticæ, tabulæ primariæ. Authentĭcè, cum certo autore. Authenticum, originale. Authentici, utriuſque Teſtamenti auctores. Authenticus, auctoritate plenus. Cod. ll. antiq.
Authentopūlus, dominus major. Authentes, herus major, author. Authentica, authoritas.
Authepſa, autepſa, olla ex ære Corinthio per ſe ipſa quaſi coquens. Cic.
Authoramentum, obligatio quædam, & gladiatorum pretium. Auctoramentum.
Authorāre, ſacramento aut ſtipendio obligare. Contra, Exauthorare, liberare.
Authoagăthus, per ſe bonus, *Buono di ſua natura*.
Authorati, auctorati, obligati ſacramento, obxrati. Contra, Exauthorati, Liberati.
Autoalethia, ipſa veritas, Deus. *La ſteſſa verità*.
Autoantrōpus, homo ipſe per ſe.
Autocatacritus, ſuo judicio damnatus, *Damnato da ſe ſteſſo*.
Autocephăli, Epiſcopi nemini ſubjecti, Balſ.
Autŏchir, qui ſua ipſe manu aliquid facit.
Autochiria, occiſio facta manu propriâ.
Autochthon, ŏnis, ex ipsâ terrâ ortus. Autochthŏnes, indigenæ, non aliò ſuam originem referentes, quaſi ex ipsâ terrâ nati, ita dicti Athenienſes.
Autocinēton, ſe ipſum movens. Autocineſia, motus per ſe, *Movimento naturale*.
Autoclētus, non invitans, ſed ſponte ſeipſum intrudens.
Autocōmus, ipſe per ſe comatus, *Chiomato naturalmente*.

Auto-

Autocrăcor, autocrătes, qui ſui juris eſt, princeps nulli ſubditus.
Autocratorìa, principatus abſolutus, *Dominio aſſoluto*.
Autocrătum, p. c. vinum ſuâ naturâ ita temperatum, ut nihil ei miſcere ſit opus. Poll.
Autodiacŏnus, qui ipſe ſibi miniſtrat. Autodiaconia, cum quis ſibi ipſi miniſtrat.
Autodĭcus, qui ſe judice utitur.
Autodidactus, automăthes, qui nullo docente ex ſe didicit.
Autodīpnus, qui vocatus ipſe pro ſe cœnam portat.
Autodrŏmus, per ſe, ſuâ naturâ currens. *Chi corre volontariamente*.
Autodynamus, ſuâ naturâ potens. *Potente naturalmente*.
Autogĕnes, autogŏnus, ex ſe ipſo genitus, non ex alio, *Nato da ſe ſteſſo*.
Autognōmon, qui ſuam dumtaxat ſequitur ſententiam.
Autogrăphum, manu propriâ exaratum, *Scritto di propria mano*. Idiogrăphum.
Autolecythus, p. c. qui ſponte ad Lecythum commeat; parafitus, ſcurrilis, qui ſibi lucernam præfert.
Autolyci, ſolertes fures, ac depeculatores, ab Autolyco, Ulyſſis avo.
Automartyr, qui de ſe ipſo teſtatur, *Teſtimonio di ſeſteſſo*.
Automăta, quæ per ſe moventur, ut horologia.
Automataria ars, automatarius, artifex per ſe moventium, horologiarius, &c.
Automăthes, autodidactus, qui ſe ipſo magiſtro diſcit. *Chi non impara da altri*.
Automatium, locus theatri, aut circi, ubi automata.
Automăton, ſpontaneum, quod causâ noſtrâ non fit. Gor. Item, quod per ſe movetur, ut Neuroſpaſtum, vide.
Automaturgus, qui automata operatur.
Automătus, ex ſe ipſo aliquid faciens, *Chi fà da ſeſteſſo*.
Automŏla, automŏlus, p. c. miles ſua ſponte fugiens.
Autonŏmus, qui ſuis legibus vivit, nec alieno imperio ſubeſt.
Autonomìa, poteſtas vivendi ſuis legibus.
Autontimorumĕnos, ſe ipſum excrucians, Comœdiæ Terentianæ nomen.
Autonychi, eâipsâ nocte, *Nella ſteſſa notte*.
Autopathìa, innata paſſio, reciprocatio, quâ eadem perſona agit, & patitur.
Autopæs, ipſiſſimus moribus puer, *Fanciullo di coſtumi*.
Autopător, qui per ſe eſt pater, *Padre da ſe ſteſſo*.
Autophontes, propriâ manu occidens.
Autophōnus, ſua voce, non inſtrumentis utens, *Chi causa à voce*.

Amalthea Onomaſt.

Autophōrum, ipſum furtum: autophōrus, fur manifeſtarius. Lex. Philol.
Autophōrus, fur manifeſtarius, in furto, aut cum furto deprehenſus. Schard.
Autophyes, innatum; Autophyea, ſua ſponte naſcentia, *Che naſcono da ſe*.
Autopodìa, iter non equo, ſed propriis pedibus factum. Item calceamenti genus.
Autopōla, qui per ſe ipſe vendit.
Autopŏlis, civitas, quæ ſuis legibus regitur.
Autopiſtus, per ſe ipſum fidem faciens.
Autopiſtìa, occulta fides.
Autoptes, qui ſuis oculis videt, oculatus teſtis.
Autopyrus, panis, cui nihil furfuris demptum, medius, ſyncomiſtus, dictus, *Pan à tutta farina*.
Autorare. Vide, Authorare.
Autorrhitos, reſinæ ſpecies ſponte profluens. Gorr.
Autos, ipſe. Lex. Philol.
Autoſchediaſma, autoſchedium, opus rude, tumultuarium, ex tempore factum, *Opera fatta all'improviſo*.
Autoſchediaſmus, dictio extemporaria, *Oratione detta all'improviſo*.
Autoſchediaſtes, qui extemporariam habet orationem, *Chi recita all'improviſo*.
Autoſitus, domi ſuæ cibum capiens, & qui cum alio cœnaturus cœnam ſecum affert.
Autoſtasìa, ſtatio in proprio loco, *Star nel proprio luogo*.
Autoſtœcus, qui ſecum ſolus meditatur.
Autoſtylon, ſuâpte naturâ columnis fultum.
Autothanătos, autophontes, ſua manu ſe ipſum occidens.
Autumāre, putare, dicere, *Stimare, affermare*.
Autumnal, autumna tempeſtas, autumnale tempus, *Autunno*.
Autumnĭtas, autumni tempus. Autumnus, autumnum. Var. Autumnāre, autumnum facere. Autumnus, autumnalis. Gell. *Autunno*.
Autumno, affirmo, puto, *Affermare*.
Auturgìa, manus operatio. Auturgus, per ſeipſum manu operans.
Auturgìa, prædia ruſticorum.
Autŭrgos, ruſticus: autŭrgicon, multitudo ruſticorum. L. g. b.
Avunculus, matris meæ frater, *Zio da canto di madre*. Patruus, *Di padre*. Avunculus maximus, abaviæ frater.
Avus, patris, vel matris pater, *Avolo*. Ava, mater patris, vel matris, *Nonna, avola*.
Aux Solis, apogæum, cum maximè à centro diſtat: contra, perigæum, abſis ſumma, & infima, oppoſitum augis.
Auxarìa, ſecreta nemoris, quæ aves frequentant. Schar.
Auxēſis, incrementum rerum creſcentium, auctio. Fig. vehemens rei amplificatio.
Auxilia, alienigeni, & mercenarii milites. Bulenger.

Auxiliāres, in bello socii Romanorum, ex externis nationibus. Auxilia, auxiliaria.
Auxiliatus, us, suppetiatus, auxilium, suppetiæ. Lucr.
Auxilla, parva olla; ollūla. Fest. auxillūla; dimin.
Auxillæ, aviculæ. Supp.
Auxiliāris, auxilianus, opifer, medicinalis, *Ajutatore*.
Auxilium, *Ajuto*. Auxiliatus, auxilium. Lucr.
Auxilio, auxilior; auxiliem, auxilier. Diom. *Ajutare*.
Aximalis ager, limitibus Gracchanis per centurias adsignatus. Varro, Schard.
Auxinium, Romanum, Latinum. Isid. Gloss.
Auxit, augmentavit, unde auxilium. Pap.

A X

Axamenta, carmina à Saliis in honorem universorum Deorum cantata, non privata: dicti Saliares, Junonii, Minervii, &c. Fest. Assamenta, quòd quibusdam tabulis essent scripta.
Axāre, nominare, antiq. Axo, nomino. Fest.
Axè, confertim. Scal. *Axè agglomerati*, universi stantes, idest, cohortibus, aut legionibus. Fest.
Axe agglomerati, universi stantes, cohortibus, aut legionibus, Turn. Schard.
Axēdo, lignum, quod axi immittitur. Suppl.
Axĕnus, inhospitalis, non recipiens hospites. Axenia, inhospitalitas.
Axes, asseres. Gell. Vide.
Axiacustus, dignus, qui audiatur, *Degno d'esser' udito*.
Axicia, forfex, quasi exicia; hinc, execare. Concidere. Turn.
Axiepœnus, laude dignus, *Degno di lode*.
Axieraστus, amari dignus, *Degno d'esser' amato*.
Axies, unà agentes; Axiosæ mulieres, sive Dii. Lex.
Axilioſi, axitioſi, factioſi, cum plures unà quid agerent. Axit, egerit, antiq. Fest.
Axiligātor, parazonii vinculum; idest, clavi, rotam axi infixam cohibentes. Poll.
Axilla, ala, parva ala, locus concavus sub brachio, *Ascella*.
Axillatio, obtruncatio per ignominiam extremitatum, & earum suspensio axillis obtruncantium. Cerda.
Axillites, aliter, auxillites. Gloss. Scal.
Axim, egerim. Pac. Non. Axit, egerit, antiq. Fest.
Axinomantia, divinatio per securim, & asciam.
Axinorigium, securis ad fodiendum quoque apta.
Axiōma, p.p. dignitas, magistratus, pronunciatum celebre, sententia.
Axiomăta, decreta rata, confirmata.
Axiomatarius, dignus, qui felix dicatur, *Degno d'esser chiamato felice*.
Axiomatici, publicâ dignitate in Ecclesiâ fungentes.
Axiomăchus, dignus, qui cum alio pugnet, *Buono per combattere*.
Axionīcus, victoriâ dignus, & idoneus, *Degno della vittoria*.
Axiophilētus, dignus qui ametur, *Degno d'esser' amato*.
Axiopistus, fide dignus, *Degno di fede*.
Axiopœnus, qui meritas luit pœnas, *Chi meritamente è punito*.
Axiosæ, axitioſæ. Vide Axites.
Axiotheātus, spectatu dignus. *Degno d'esser rimirato*.
Axiothrēnus, luctu dignus, *Degno d'esser pianto*.
Axiozēlus, æmulatione dignus, *Degno d'esser' imitato*.
Axis, eris; tabula, stipes teres, circa quem rota vertitur. Septentrio, Polus, Cœlum. Item animal quadrupes. Gesn. Axicŭlus, parvus axis.
Axit, egerit: unde Axitioſi, cum plures unà quid agunt. Axies, mulieres unà agentes. Fest. Vide Axites, unà agentes.
Axītes, actiōsæ, actitioſæ, superstitioſæ mulieres. Axitioſi, factioſi. Plaut. Fest.
Axitioſus, factioſus. Vide, Axit.
Axo, asso, assibus, seu axibus, vel asseribus sternò. Assate, nominare. Lex. Philol.
Bigāti nummi, habentes bigas impreſſas.
Bigemmis, duas habens gemmas. *Di due gemme.*
Bigena, p.c. animalia ex diverſis nata. Cath.
Bigenĕrum, de duobus generibus conceptum.
Bigenĕta, bigenĕra, animalia ex diverſo genere nata, ut mulus ex equo, & aſina, &c.
Bigens, è duabus gentibus natus, Italo, & Gallâ. Cathol.
Bigera, bigerrica, veſtis Gallica, gnſa, ſive villoſa. Gloſſæ. A. L.
Bigermen, conſtans duobus germinibus. *Chi ha due germogli.*
Bigla, vigilia, excubiæ.
Biglātor, vigilator. Lex. g. b.
Biglatĭcum æs, quod vigiles accipiebant. Lex. g. b.

Digitized by Google

Biglottus, Triglottus, bilinguis, trilinguis.
Bignæ, geminæ, quia bis unâ die natæ ſunt.
Bigni, gemini, Feſt. gemelli. Bignus, bigenus, Scal.
Bigrădum, biceps, bipes. Suppl. *Di due piedi*.
Bihæres, duas hæreditates habens. Pap.
Bihernii, quibus in utrâque ſcroti parte ſigna herniæ apparent. Bicelus, bihernius. Lex. Philol.
Bijugi, p.c. jugales, bini ad jugum. Bijuge, p.c. curriculum. *Carretto da due*.
Bilabrum, duo habens labra. *Di due labri*. Suppl.
Bilagium, Cholagōgum, medicamentum bilem ducens, dictum etiam biladucum. Lex. Philol.
Bilanx, lanx; ſtatera, ſine lancibus. Trutina, foramen, in quo examen. Examen, lingua, qua trutina regitur.
Bilanx, libra duas habens lances. *Bilancia*.
Bilbinus, bombylius. Vide.
Bilbis, billis, bilbil, Afris dictum ſemen humanum humi profuſum. Feſt. Lex. Philol.
Bilbit, amphora ſonum edens. Feſt. Bilbo, is. Biblo, is. Vide, biblit.
Bilex, ventus. Item, duplex ligamen habens. Suppl.
Bilībra, bilībris, pondus duarum librarum. *Di due libre*. Bilībre, duas libras habens.
Bilices, duplicati. Trilices, triplicati: bilix, duo licia habens. *Di due licci*.
Bilinguium, falſitatis vitium. Bilingue, duarum linguarum. Accid. bilinguis, falſus.
Biliōſus, bili abundans. *Colerico*.
Bilis, cholera. *Colera*. Biliōſus, cholericus. Bilitas, amaritudo. Pap. Item vilis, antiq. Bilitas, vilitas.
Bilix, biloris, lorica duo licia, & fila in ſummitate habens; Trilix, Triloris, tria. *A due, e tre maglie, ò fili*.
Billa, jumentum, aſinus. Iſid. Gloſſ.
Billis, Vide, bilbis.
Biluſtre, quod duo luſtra, id eſt, decem annos duravit. Biluſtrum, tempus duorum luſtrorum. Sidon.
Bilŭtes, beſtiis ſimiles, quaſi beluti. Feſt.
Bilvus, belvus, morbus, ſive mores beſtiarum. Iſid. Gl.
Bima dies, biemium. Pompon. *Due anni*.
Bimăre, p. c. quod eſt inter duo maria. *Fra due mari*.
Bimāre, p.p. duplicare, diſputare. Pap. *Addoppiare*.
Bimaritus, bigamus, qui duas habuit uxores. *Chi ha havuto due mogli*.
Bimăris, bimăre, duo habens maria, ita Corinthus dicta. *Di due mari*.
Bimāter, p. p. qui duas habuit matres, ut Bacchus. Bipăter, duos patres. Bimetor.
Bimātus, p.p. duorum annorum ætas. Bimŭlus, bimus, qui bimatum agit. *Di due anni*.
Bimembris, centaurus, partim homo, partim equus. *Di due parti*.
Bimeſtre, bimenſe, duorum menſium. *Di due meſi*.
Bimĕter, Dimĕter, p. c. verſus duorum metrorum.
Bimo, as, duplico, bino, as, unde binus. *Addoppiare*.
Bimŭlus, qui eſt in bimatu. *Di due anni*.
Bimus, Trimus, Quadrimus, &c. *Di due, tre, quattro anni*. Binus, geminus.
Binarius, numerus duorum. Lex. Philol.
Bini, duo. *A due à due*.
Binio, denarius aureus duplex. *Dobla*. Duplio. Vide, Turn.
Binoctium, duas noctes continens. Trinoctium, &c. *Di due, ò tre notti*.
Binomius, binominis, geminum habens nomen, ut Danubius, Iſter. Numa, Pompilius.
Biochreſta, vitæ utilia. *Coſe utili*.
Biocolytæ, alios à vi prohibentes. Inlian. Schard.
Biodōra, tellus alens, & victum præbens. *Terra che dà da mangiare*.
Biodotor, vitæ dator. *Datore della vita*.
Biolōgi, Etholōgi, ſententias ad mores ſpectantes dicentes. Salmas.
Biomechānus, ad vitæ munia ingenioſus. *Ingegnoſo*, in agibilibus.
Biophĕles, vitæ humanæ uſibus utilis. *Vtile all' uſo humano*.
Bios, vita. Biolŏgus, qui dicteria funditando victum ſibi comparat. Athen.
Biosimus, vitæ ſpem habens. *Chi ſpera vivere*.
Biothanătos, morte violenta preſſus. Biothanăta, mors violenta. Biothanaſia. Tertul. *Morte violenta*. Item bis mortuus, ut, Lazarus. Cath. Bithanatus.
Biotharca, Thebanorum militum dux. Poll.
Biotĭcus, ad vitam ſuſtentandam, & victum ſuppeditandum idoneus, Sæcularis.
Bipalium, inſtrumentum ruſticum, foſſorium. *Vanga*. Quaſi gemina pala.
Bipalmis, bipalmus, duorum palmorum. *Di due palmi*.
Bipăra, p.c. quæ bis peperit, bipărus, biferus. *Chi due volte produce*.
Bipartitò, bipertitò, duobus modis.
Bipartitor, qui dividit, à bipertio, is, Vide. *Dividere in due parti*.
Bipatens, p.c. quod in duas partes aperitur. *Che ſi apre da due parti*.
Bipedālis, bipedaneus, bipedanus, duorum pedum. *Di due piedi*.
Bipenna, pars ea, quâ viri ſumus. Turn.
Bipenne, ex utrâque parte acutum. *Che hà due tagli*.
Bipennifer, qui fert bipennem.
Bipenneula, Pampinula, Peponella, herba hortenſis. *Pimpinella*.
Bipennis, ſecuris utrinque aciem habens. *Scure da due tagli*. Item duas pennas habens.
Bipertio, is, in duas partes dividō. Bipertior, tiris,

Bipar-

Digitized by Google

Bipertitò, in duas partes, divisim. *In due parti.*
Bipes, ĕdis, duos pedes habens. *Di due piedi.*
Bipinella, herba. *Pimpinella, salvastrella.*
Biplex, duplex. Biplicatus, duplicatus. Gl. Isid. *Doppio.* Biplicitas, duplicitas. B. Vulc.
Birēmes, p.p. naves duorum remorum ordines habentes. *Fuste.* Birettum clericale. *Berretta.*
Birottum, vehiculum habens binas rotas. *Carro da due ruote.* Birota, æ.
Birra, vestis tum pretiosa, tum vilis. Heriber. Birrātus, Birrōtus, birro vestitus.
Birretum, parvus birrus, *Berretta.*
Birrhia, à forcipe, falcevè dicta. Plauto.
Birrus, birrum, burrum, vestis laciniosa, lacerna. Item rufus. Isid. birrum lacernosum canonicorum. *Mozzetta.* Amiculare, quo amicitur.
Birsa, Vide, byrsa.
Bisaccia, bisaccium, sarcina, mantica. *Bisaccia.* Pap. bisaccus.
Bisacūtum, ferramentum utrinque acutum. Gloss.
Bisalon, besalon, tignum, laterculum. Cujac. Schard.
Bisamnis, flumen constans duplici amne. Cath.
Biscoctus, buccellatum, panis nauticus. Salm.
Bisellium, bisellum, sella duorum capax. *Sedia capace di due.*
Bisemutium, plumbum cinereum. Brod.
Bisernatum, vilissimum plumbum. Paracel.
Bisēta, p. p. porca, à cujus cervice setæ bifariam dividuntur, major sex mensium. Fest.
Bisextus, embolismus, intercalaris dies, quarto quoque anno additus Februario.
Bislongus, valdè longus. Cath.
Bison, ontis, animal deforme, bos ferus, bubalus. *Bufalo.*
Bispatentia, duas valvas apertas habentia. Pap. *Chi hà due porte aperte.*
Bispellio, onis, versipellis, veterator, quasi duarum pellium. Marcell. *Astuto.*
Bispello, Vespillo, qui mortuos sepelit, veterator. Marcell. Bispilus, ubi mortuus portatur. Cath.
Bisquisitum, paraclesis, paromœon, allitteratio; nos. *Bisticcio.*
Bissa, vas, corrigia. Hesych. frustulum corii.
Bissilres, porcus fissis ungulis. Pap.
Bissinica, vestis candida. Pap.
Bistimiæ, trullæ. Lex. g. b.
Bistorta, Serpentaria, herba in umbrosis nascens.
Bisulcus, disulcus, qui ungulas scissas habet. Bisulca barba, cauda bifida. *Spaccata in due parti.*
Bisulcilingua, cui lingua est bisulca. Plaut.
Bisultor, Mars bis ulciscens.
Bitalassus, animus dubius. Lex. g. b.
Bitalia, victualia. *Vettovaglia.* Lex. g. b.
Bitaxides, milites Turcici. Lex. g. b.
Bitere, ire. Præterbitere, præterire, betere, ire. Plaut. Palm. bitio, is, bero, quasi benè ito.
Bithalassum, bimare, ubi duo maria concurrunt.
Bithimum, p. c. mel ex utroque thymo decerptum.
Bithyniarchia, Bithyniæ præfectura. Schar.
Bithynus, emplastri genus contra hydropem. Item, pastillus. Gorr.
Bitidum, informe. Isid. Gloss. bitidus, biformis, à bis ideâ, seu formâ. Cath.
Bitienses, qui assiduè peregrinantur. Fest.
Bittacus, avicula.
Bituligo, vimen minutum, in bitumine crescens. Cathol.
Bitullum, bifurcum. Gloss.
Bitūmen, creta sulphurea. *Bitume.* Pix terrestris.
Bituminosa aqua, bituminea.
Bitumīno, as, bitumine illino. *Imbitumare.*
Bivertex, duos vertices habens. Poll. *Di due cime.*
Bivira, p.c. vidua, quæ bis nubit, Non. Item secundò convivæ. Isid. Gloss.
Bivium, duas habens vias. *Di due vie.*
Biumbres, Amphiscii, populi in Zonâ torridâ, duas habentes umbras ad meridiem, & ad septentrionem: nos unam ad Septentrionem dumtaxat habemus.
Bizacium, fragmentum lapidis. *Scaglia di pietra.*
Biziera, buccula. *Visiera.* Lex. g. b.

B L

Blabyria, verborum jactatio. *Bravaria.* Monos.
Blacennomium, tributum stultorum, solutum ab Astrologis, tanquam stultis, Alexandriæ, vel quòd eos fatui consulerent. Suid. Rh.
Blaceolus, stultus.
Bladum, quicquid in areâ teritur; frumentum, barbarè. *Biada.* Insul. *Blada.* Mussatus.
Blacterāre, aries dicitur. Auctor Philom. Blactero. Vide, blatero.
Blæsŏpus, qui distortis tibiis, & pedibus est.
Blæsum corpus, cujus pectus pronum in partem anteriorem. Rhebum, contrà.
Blæsus, qui linguâ impeditus est, & in sermone tardus. Traulus. *Balbo.*
Blandior, assentor, adulor. *Adulare*, unde, blanditia, *Lusinga*, & cætera derivata.
Blandicella, verba lenocinantia, blanda, blandicula, blandicellus, blandicŭlus, blandŭlus, blandidĭcus, blandilŏquus, &c.
Blandiōsus, affabilis, Isidor. Gloss. blanditium, blanditim, blandè; blanditer, blandè, blanditus, us, blandiloquentulus, blandimentum, blanditia.
Blandifico, blandum facio.
Blandor, adulor. Suppl.
Blandiri, blanditias adhibere. Eblandiri, blanditiis impetrare. Turn.
Blandum, genus navis. Pap.
Blapsigŏna, p.c. fœtum disperdentia.
Blapsigonìa, prolis detrimentum, cum fœtus non peragitur.
Blas, atis, stultus, insipiens, blatero. Cath. blatus.

Blaſphemia, maledictio, execratio. Blaſphemare, execrari. *Beſtemmiare*.
Blaſta, ornamenta aurium mulierum. Poll.
Blaſtema, blaſphemia. Cor. pre. *Beſtemmia*.
Blaſto, onis, cubicularius, hoſpitalarius. Cathol. *Spedaliere*.
Blaſtus, ramulus, germen. Schard.
Blatero, p. c. as, blatio, is, inaniter loquor, vana fingo. *Parlar goffamente*. Blatero, is. Blatero, onis, nugator. *Cicalone*.
Blato, cubicularius, hoſpitalarius. Iſid. Gloſſ. blaſto. Pap.
Blathea, bullæ luti ex itineribus, aut quod calceamentorum ſoleis deraditur. Feſt.
Blatta, purpuræ genus, quæ in lana eſt. Schard.
Blatta byzantina, os naris purpuræ, onyx, ſeu unguis odoratus dictus, conchula Indica. Lex. Philol.
Blattea, blatta, æ, blatteola, vermis corrodens veſtes. *Biattola, tarma*. Item purpura, & vermiculus, bombyx, ſericum. Blatta ſerica. Blattifer, ſenator purpuratus. Sidon.
Blattaria, herba fluviatilis, Verbaſco ſimilis.
Blattaria, balnea tenebricoſa. Sen. blattæ enim Lucifugæ.
Blattela, gutta ſanguinis conchyliorum. Supp.
Blatteus, purpureus. Blattea, purpura. Pap. blatteum, blavum. Blattoſericum. Vide Sericoblattum.
Blattium, concretus conchyliorum ſanguis. Blattia. Turn. Item pallium purpureum, ſeu coccineum. Blatus, ſtultus. Cath.
Blauſta, ſandalii quædam ſpecies. Poll.
Blax, ſtolidus, mollis, inaniter ſe jactans. Feſt. blas, ſtultus, inſipiens. Cath. blatus. Idem.
Blechnon, herba filix. *Felce*.
Blechnon, ſylveſtre pulegium. *Puleggio ſalvatico*.
Blechron, leguminis genus, Gal. Gorr.
Blena, mucus, humor per palatum, & nares decurrens. Lex. med. Blenna. Gorr.
Blenni, blaces, ſtulti, fatui, fungi. Feſt. bleni, tetri. Pap.
Blenōnes, pudenda hircorum, putidi, hircoſi. Turn. Iſid. Gloſſ.
Blepedæmon, ſtrabus, retortis oculis intuens, quaſi à Dæmone percuſſus.
Blephāto, ōnis, ſupercilioſus homo, qui habet magna ſupercilia. Blepharides, pili palpebrarum. Poll.
Blephāron, palpebra, ſupercilium.
Blepharoxyſton, inſtrumentum chirurgicum palpebris curandis aptum. Gorr.
Bleſi, bleſſi, quibus extrorſum ſunt crura. Redi, Rhœbi, quibus introrſus ſunt. Poll. Lex. Philol.
Bleſti, quibus extrorſum in diverſum crura. Rhœbi, introrſum. *Gambe ſtorte*.
Bleſus, Vide bliſus.
Bletes, calceamenti ſpecies, dicta, quòd pedes offendat.
Bletia, pedem offendentia.
Bletrum, clavus ferreus. Bletra, offendentia, præſertim pedes. Lex. Philol.
Bletrus, herba.
Bletyri, ſcindapſon, verba nil ſignificantia. Svid.
Blini, tetri. Iſid. Gloſſ.
Blitea, fœmina vilis, ſtulta, meretrix, per contemptum. Blitera. Blitea, lutea, vilis, lutulenta. Plin.
Bliteum, vile, à blito herbâ nullius ſaporis. *Inutile*.
Blitomamma, ſtolidus, fatuus. Svid.
Blitum, blitus, blætum, herba nullius ſaporis. *Bietoni*; unde bliteum, vile. Non. ſtupidum.
Blomilius panis, inciſuris diviſus, quadratus. Athen.
Blops, fictitius ſonus clepſydræ.
Blotiſmus, ſanguinis in certum locum receſſio. Enchimōma, exanthema. Lex. med.
Bluto, cubicularius, hoſpitalarius. Iſid. Gloſſ.
Blutare, expoliare, evacuare. Cod. ll. antiq.

B O

Boa, bova, ſerpentis aquatici genus. Item morbus boum. Item rubella, cum puerorum corpora papularum multitudine rubent, *Bronza*. Item tumor crurum è labore viæ collectus. Feſt. Item vas vinarium ad illius ſimilitudinem.
Boagrion, è boum agreſtium pellibus clypeus. *Scudo di pelle*.
Boalia, Bubetia, Ludi Diis inferorum facti. *Caccia di tori*.
Boanerges, tonitrui filii, dicti Jacobus, & Joannes.
Boare, clamare, mugire. Boarium forum, ubi boves venduntur. Boatim, more boum: boatus, us, mugitus. *Mugghio*.
Boaria, lappa, herba nata.
Boarina, avis æqualis regulo, è genere paſſerum.
Boarium, ad boves ſpectans, ut forum boarium. *Mercato di buoi*.
Bob, bulbitum, ſtercus puerile. Bulbitare, inquinare ſtercore puerili.
Bobinatōres, inconſtantes. Iſid.
Bobinare, conviciari: bobinator, conviciator. Cathol.
Boccale, Italica menſura liquidorum, continet uncias 64. foliettas quatuor. Corn. à Lapide.
Bocas, piſcis genus, à boando dictus eſt. Feſt.
Boccæ, boves marini. Iſid. Gloſſ.
Boccōla, vas. Suppl. botula, botta. *Boccale*.
Bocydium, bucula, parva bos. *Vecchetta*. Svid.
Bodōnes, botōnes, lapides qui vicem terminorum præſtant. Lex. j. c.
Boebodes, dignitatis nomen Conſtantinop. *Vaivodo*. Lex. g. b.
Boedromia, feſta Athenis cum clamore. Boedromion, menſis Aprilis.
Boelatice, ars agitandi boves.
Boetius, vorax. Athen.
Boeter, verum, veranum. Iſid. Gloſſ.
Boema, atis, ſtrepitus ſimilis boatui.
Boēthi, adjutores ſcribarum. *Coadjutori*.

Boē-

Boëthus, adjutor. *Coadjutore*. Scriban.
Boja, torques damnatorum. Isid. Gloss. *Capestro*.
Bojæ, vincula tam lignea, quàm ferrea. Fest. collare, unde, Imbojare. Scal. ad Fest.
Boire, boare, antiq.
Bola, sententia. Cath.
Bolānæ, propōlæ. Suppl.
Bolbition, parvorum polyporum genus. Gorr.
Bolbiton, bolbitron, stercus bubulum. *Letame di bue*. Imbolbitare, stercore conspurcare. Boliton, stercus asinorum. *Sterco d'asino*.
Bolbocastaneum, herba umbellifera.
Bolbophăcet, cibus è bulbo, & lente confectus. Dalech. Athen.
Bolbophăge, edulii genus. Casaub.
Bolenia, gemmæ genus, quæ nimbo invenitur, globæ similitudine.
Boleōnes, sterquilinia. Turn.
Boleros, propugnaculum. *Bastione*.
Boles, moles. Turn.
Boletare halieuticum, grandis discus, in quo veluti stabulantur pisces. Rader.
Boletarium, Boletare, vas boletorum, & aliorum obsoniorum. Lex. i. e. Boletar. Vide Voletar.
Bolētus, fungus optimus. *Fongo*. Qui nascitur in volvis albis, fungus verò nomen genericum.
Boletus, fungi genus optimi, dehiscens, rubet forinsecùs, & interiùs luteo colore. *Coccola*. Roder.
Bolgos, speculator. Nicet.
Bolias, machina bellica. Lex. g. b.
Bolides, faces in aere. Item, hastæ missiles.
Bolis, idis, p. c. jaculum, hasta missilis, fax ignea in supremâ aeris parte. Item, plumbum ad explorandam maris profunditatem; dictum, Perpendiculum nauticum. *Scandaglio*.
Bolites, spectacula ad sacrificia spectantia. Suppl. bolita, parvi bulbi. Hipp.
Boliton, asinorum retrimentum. Bolbīton, boum. Rh.
Bolonæ, propolæ piscium, Cetarii dicti. *Pescivendoli*. Turn. Volona.
Bolōnes, tabernæ cetariorum. Item pisces magni. Turn. Isid. Gloss.
Bolos, gleba, & rubrica pictoris.
Bolus, frustulum cujusque rei. *Boccone*, parva massa, jactus aleæ, rete piscatorium. Bud.
Bolostrophia, glebarum inversio, Onom. med.
Bolus, jactus, Plaut. Lex. Philol. Item medicina laxativa, mediocriter solida, per frusta devorata, Gorr.
Bombæ, sphæræ minores è ferro excavato ad incendia præparatæ. *Mortaletti, bombe*. Hugo.
Bombarda, tormentum æneum à bombo dictum. *Artigliaria*.
Bombax, vox contemnentis. Plaut. Interjectio admirantis.
Bombilatio, apum sonus. Bombilare, sonum apum reddere. Bombeo, sono. Pap.

Analibea Onomast.

Bombilium, bombilatio, bombigatio, bombizatio, poculum angusto ore, ita dictum à bombo seu sono, quem edit inter bibendum. Fest. bombizo, bombum edo. Cathol. bombinator, clamator. Capella.
Bombilo, bombum facio. *Rimbombare*; unde, bombilatio. Vide. *Rimbombo*.
Bombinare, convitiari. Pap. bobinare, aliis.
Bombites, formicæ. Suppl.
Bombus, sonus tubarum raucus, nec valdè acutus. *Rimbombo*. Bombum, Sorbellum. Isid. Gloss. unde bombomachia, pugna, sonitus armorum, vox ficta. Hugo. Item sonus apum. Bombitatio. Lex. Philol.
Bombus, sonitus qui editur velut cornu, crotalo, aut cymbalo. Buleng.
Bombycia, animalia bombum edĕntia, ut apes. Rh.
Bombycina, p. c. Coa vestis è bombyce. *Fatta di seta*. Bombycinum, sericum. *Di seta*. Salm.
Bombycinatōres, purpuram facientes, Isid. Gloss. bombycinare. Isidor. bombycinum leve, nos, *Taffettà*. Viv.
Bombylii, apes favos è luto conficientes, obstreperæ, ita dictæ à sono, quem edunt.
Bombylis, vermis genus, ex quo necydalus, & deinde bombyx procreatur.
Bombylius, angustum poculum inter potandum bombylans. *Vaso stretto*, unde bombylius nivarius, nos, *Bombola*. Bombylium.
Bombyx, īcis, p. p. animal sericum conficiens. *Bigatto, baco setajuolo*. Item sericum. *Seta*, unde vestis *Bombycina, di seta*. Item instrumentum musicum, tibia. Lex. Philol.
Bominatores, tumultuatores. Suppl.
Bomolŏchus, p. c. scurra qui lucri causâ omnia jucunda profert, & qui altari oblata furatur. Suid. sacrilegus, assentator, aripeta. Lex. Philol. contra, Eutrapĕlus.
Bomūgi, sonitus auditi in paludibus instar mugitus bovum, ex Arist. Delrius.
Bona caduca, facultates hæredem non habentes. *Beni senza herede*.
Bona prædia, bona satisdationibus obnoxia. Pedian.
Bona natio, proventus præsertim in pecoribus.
Bonatia, maris tranquillitas, dicta boni nominis gratia. *Malaccia, bonaccia*.
Bonāsus, p. p. bovis sylvestris genus. Gesn. *Bue salvatico*. Monops.
Bone, benè, Lucr.
Bonifacies, famosus, hilaris. Suppl. *Bello*.
Bonifatus, felix. Suppl.
Boni moris, benè moratus. Suppl. *Benecostumato*.
Boniſſimum, pro, optimum. Maliſſimum, pro, pessimum; sicut, bonius, pro, melius, Varro.
Bonitarius, dominus naturalis in bonis. Quiritarius, jure Quiritium. Theophyl.
Bono periculo, tutò. Apul.
Bonuscŭla, bona parva. Sidon. Bonulus, Bonellus, Scal.
Bonosus, à bono dictus. Salmas. bonus.

Bonus, qui non nocet. Liberalis, qui etiam prodeſt. Don.
Boo, as, bovare, boare, mugire, quod eſt boum, *Mughiare*.
Boōnes, qui boves ad dies feſtos coemebant Athenis. Sigon.
Boopes, habens oculos bovinos. Boops, piſcis habens oculos bovinos. Rondel.
Booufura, bovis cauda. Cynoſura, canis: Arcturos, urſæ cauda, Arctophylax.
Bootes, bubulcus, Arctophylax, cœleſte ſignum.
Boothytes, qui boves cædit, ſacrificat.
Boozygium, boum jugum.
Bor, pedes inflammans. Suppl.
Borāgo, bugloſſum, corrago, herba nota. *Borraggine*.
Borax, lapis, chelonites aliis. Scal.
Borboritæ, hæretici dicti à luto libidinum, quibus volutantur. Lutulenti.
Borborocœtæ, in luto cubantes. *Chi giace nel fango*.
Borporōpe, p.p. meretrix, cloaca ſpurcitiarum.
Borbōros, cœnum, lutum. *Fango*.
Borborotaraxis, Reipublicæ tanquam luti perturbatio.
Borborygmus, inteſtinorum tumultus, & ſtrepitus, excrementis vacuorum. *Mormorio delle budella*. l. m.
Bordare, prætexere. Cerda. Bayf.
Borda, clava, maſtix flagellatoria.
Bordacas, rana. Cer. præt. Lex. g. b.
Bordo, ōnis, bordonium, burdo, mulus natus ex equo, & aſinâ. Lex. g. b.
Bordonia, jumenta, muli, bordones. Conſt. Tact. unde bordonarii, bordones agētes. Cod. ll. antiq.
Boreama, Arctophylax. Pap.
Boreas, Aquilo, ventus boreus, borealis, ventus ſeptentrionalis. *Tramontana*.
Boreæ, boryptes, gemmæ ex jaſpidum genere.
Borith, herba fullonica, ex quâ panes fiunt, quibus pro ſapone utuntur. Cath. Pap.
Boryes, animal quadrupes, Geſn.
Borſycites, boryptes, gemmæ.
Bortmaget, ancilla, quæ nec mulgere, nec molere ſolet. Cod. ll. antiq.
Bos, bovis, animal notum. *Bove*. Bovis, boveris, antiq. Scal. ut Nucis, nuceris, Axis, axeris.
Boſcas, avis palmipes, ſimilis anati. Picis ſiccæ genus, Gorr.
Boſchis, volucris, quæ clauſa paſcitur, Colum.
Boſcema, animal quod paſcitur.
Boſcis, volucris genus.
Bos Luca, elephantus. Luciboves, ſylveſtres tauri, uri, biſontes.
Boſmōrus, frumenti religioſi genus tritico minus, boſporus.
Boſphōrus, bovem ferens. Item fretum ita dictum.
Boſſequus, qui boves ſequitur. Catho. *Bovaro*.
Boſtar, locus, ubi boves ſtant. Iſid. Gloſſ. ſtabulum, vel ubi corpora boum, mortuorumque comburuntur. Cathol.
Boſtrychus, capillus plexus, cincinnatus.
Boſtrychites, gemma crinibus ſimilis.
Boſtryx, icis, muliebris capillus, plexi mulierum crines. *Treccia di capelli*.
Bosūra, p.p. cauda bovis. *Coda di bove*.
Botana, herba. Botanicus, herbarius. Botanica, libri de herbis. *Trattati di herbe*.
Botanicæ, herbaria. Botanologia, tractatus de herbis.
Botaricum, emplaſtri genus. Gorr.
Botaniſmus, Ægyptiorum arandi modus. Plin. runcatio, evulſio inutilium herbarum.
Botanomantia, magiæ ſpecies, quæ fit per herbas.
Botanolŏgus, herbas legens. *Herbaro*.
Boteonem, juvenem. Iſid. Gloſſ.
Bothor, exanthemata, puſtulæ, ut variolæ, morbilli. Lex med.
Bothrus, inſtrumentum tortorium, Culleus.
Bothrion, morbus oculi, cum cornea excavatur arctiùs. Foſſula, Anulus. Botrion uva. Lex. med. Cœloma, Lilime, cum latiùs. Manard.
Bothynus, puteus, & fovea in medio impluvii, ubi aqua, & ſordes colliguntur. Monoſ.
Botiejo, mergo. Suppl.
Botium, apoſtema in gulâ, velut ſtruma. Parac. Gloſſæ.
Botōnes, botontini, tumores aggeſtâ terrâ excitati. *Mucchi di terra, monticelli*. Schard.
Botrax, animal venenosū, ranæ habens faciē. Iſid.
Botrydium, ornamenti genus muliebris. Botrydion, Botrys. Pull.
Botryo, quod exit de ſarmento, quando turgeſcit, & quod pendet de cingulo. Cathol.
Botriōnes, latices. Iſid. Gloſſ.
Botronātus, vide Corymbion.
Botrus, botryæ, uvæ racemus. *Grappo d'uva*. Botron.
Botryochætes, botros crinibus implicatos habens.
Botryon, botryo, botrus. *Botro*, parvus racemus, aut integer uvæ racemus. *Grappolo d'uva*. Pigna.
Botrychus, botri acinorum pediculus.
Botryones, uvæ conditicii racemi.
Botryones, qui aliena congregant. Pap.
Botryoſtephānus, redimitus ſertis confectis ex botryonibus. *Coronato di grappi d'uva*.
Botrys, herba fruticoſa, artemiſia aliis. Gorr.
Botrytes, gemma incipienti uvæ ſimilis.
Botulus, botellus, farciminis genus ex carne ſuillâ, à botis, fruſtulis carnis, dictum. *Salſiccia*; unde Botularius, qui botulos conficit, & vendit. *Salſicciaro*.
Botyrillus, racemus parvus uvæ. Botrydium. *Grappol piccolo*.
Bova, vas vinarium longum, turgidum, bovæ ſerpenti ſimile.
Bovæ, boæ, papulæ toto ebullientes corpore cum rubore. *Bronza*. Item vaſa vinaria. Turn.
Bovalia, boalia, venatio boum, taurorum. *Caccia di tori*.

Bo-

Bovant, boves cùm boant, Bovantes. Varro *Mughiano*.
Bovarium, boarium, locus ubi venduntur boves. Cathol. *Mercato di buoi*.
Bovātim, more boum. Suatim, suum. Canatim, canum.
Bovĕtum, boum. Varro, antiq.
Boves mortui, lora è bubulo corio facta. Plaut.
Boviana, fames. Bulimia, canina. Gloſſæ.
Bovicīda, p.p. qui boves cædit. Boviſcīda, p.c. qui ſcindit. *Chi taglia in pezzi i buoi*.
Bovile, p.p. ſtabulum boum. *Stalla da buoi*. Bovilium. Suppl.
Bovilia, loca ubi boves ſtabulantur. *Stalla di buoi*.
Bovilla caro, bovina. *Di bue*. Bovilla, locus ubi boves vendebantur Romæ. Cathol.
Bovis, boveris, antiq. bos, bovis. *Bue*.
Bovinatio, tergiverſatio, convicium.
Bovinatōres, inconſtantes, deriſores. Bovinari, à Bovīnor, p. p. conviciari, tergiverſari. Feſt. Scal.
Bount, boum clamorem edunt. Varro. Boant.
Bovinum, ex bove. Bovinus, bovis filius. Cath.
Box, cis, piſcis marini genus, à boando dictum. Item piſcis. Bocas.

B R

Brabeuta, deſignator ludorum, Judex, præmium dans athletis. Brabeutæ, gymnicis certaminibus qui præſunt. *Giudice di lotta*.
Brabēum, brabium, p.p. bravium, p.p. victoria, & victoriæ præmium. *Palio*.
Brabyla, pruna damnaſcena. Theocr. Onom. med. badrya. Athen.
Bracāre, bracarium, ſed meliùs per duplex cc. Lumbare. Cathol.
Braccæ, brachæ, bracæ, veſtis fluxa, intonſaque ac varii coloris, quâ uſi in frigoribus; coxalia, feminalia, femoralia. *Braghe, calzoni*. Ad verenda tegenda. Item femorales, crurales, pedules faſciæ. Salm.
Braccale, renum cingulum. S. Aldhel. *Cinto*. Ligula, quâ braccas claudimus.
Braccarius, braccarum confector. Braccātus, brachatus, braccis veſtitus. *Chi porta brache*.
Braceum, vadum, à bracos, ſeu brevi. Cath.
Brachiale, ornamentum brachiorum, armilla. *Bracciale*. Item junctura manus, brachiique carpon. *Raſcetta*. Lex med. brachiale pugillatorium. *Bracciale dal pallone*. Brachialia, dextralia.
Brachialium, brachionium, brachiōlum, brachiata vitis, brachiatus, præditus brachio.
Brachiolium, brachii ornamentum. Monos. Item parvum brachium.
Brachionarium, brachiorum ornatus. Lex. Philol.
Brachioniſter, armilla. *Maniglia, ò braccialetto, ornamento del braccio*.
Brachium, membrum corporis. *Braccio*. Item maris, montis, & arboris. Item potentia, brachium. Vorſ.
Brachium ſæculare, gladius civilis A. Bonf.
Bracco, canis. *Bracco*. Cod. ll. antiq.
Brachmanes, p.p. Indorum ſapientes. Philoſophi. Gymnoſophiſtæ.
Brachia, brachychronia, vitam brevem habeptia: contra, Macrochronia, longam.
Brachycataléctus, verſus in brevem deſinens, & cui pes unus deeſt.
Brachydrŏmus, qui breve curriculum facit. *Chi fà corſo breve*.
Brachepia, Fig. cum orator brevitate ſententiæ præcedit expectationem.
Brachylogìa, brevilogium, Laconiſmus, ſermonis brevitas.
Brachylŏgus, qui pauca loquitur.
Brachyōtus, breves habens aures. *Chi hà corte orecchie*.
Brachypnoos, brevi ſomno contentus. *Chi dorme poco*.
Brachypotæ, brevi tractu bibentes, & exiguum potum. *Chi beve poco*.
Brachyſtŏmus, qui brevi eſt ore. *Di bocca corta*.
Brachyſymbolus, qui parùm confert ad convivium.
Brachytĕles, brevem finem habens.
Brachytachĕlus, qui brevi collo eſt. *Chi hà il collo corto*.
Bracile, lumbare. Cath. Redimiculum. Vide.
Bracis, inferior pars circuli. Cathol.
Braco, as, brachis aliquem induo. Cathol.
Bracomĕnos, bracam gerens. Gloſſæ.
Bracos, breve. Cathol.
Bracozonium, cinguli genus. Gloſſæ.
Bractare, brectare, humectare, madefacere. Bractamentum, liquor, humor. Salmas. Unde Myrobractarii. Idem.
Bractea, lamina ſubtilior. *Lametta*. Bracteŏla, parva bractea. *Foglietta*. Bracteator, ſeu bracteārius, qui bracteas facit. *Battiloro*. Bracteatum opus, bracteis rectum. *Inorpellato, ò dorato*, &c. Bracteatio, imbracteatio.
Bracteālis, bracteis ornatus. Prud. Bracteatus.
Brantia, branzia, auri lamina tenuis, Iſid. Gloſſ.
Bradycarpus, tardè fructum faciens. *Chi tardi fà il frutto*.
Bradygepſia, tarda concoctio. Lex. med. imperfecta cibi concoctio. Gal. *Digeſtione tarda*.
Bradygloſſus, tardiloquus, cui lingua tarda. *Chi è tardo nel parlare*.
Bradypepſia, tarda & difficilis cibi concoctio. *Digeſtione tarda*.
Bradypŏra, edulia, quæ ægrè tranſeunt, aut digeruntur.
Bradypŏrus, lentè pertranſiens. *Chi và tardo*.
Bradyſcĕles, p. c. tardè incedens, tardis cruribus. *Chi hà corte gambe*.
Bradytŏcus, tardè pariens. *Chi tardi parторiſce*.
Brameta, qui palmas dat. Pap.
Branca, ungula. Tog. de Limit. *Branca, branciola*. parva branca: branca urſina, acanthus.
Branca, pars ima pedis abſciſa. Branca lupi, in

termino, árbor. Branca arſi, lucus. Latinus. Schárd.

Branchiæ, partes piſcium more follium ſecundum cervicem hiantes. *Branche, ò barbole di peſci.* Item fauces porci. Brancha, paſſio illarum.

Branchidæ, Apollinis Didymæi ſacerdotes.

Branchiola, parva branchia. *Barboletta.*

Branchus, branchia, raucedo, morbi genus, cum gutturis arteria catarrho corripitur. Branchi, gravedines, diſtillationes. Catarrhi.

Branchocēle, bubonocēle, tumor mollis in inguine. Lex. med.

Brandeum, Zonarum genus. Iſid. Gloſſ. Item velum, quo corpus defuncti tegitur, & ſanctæ reliquiæ. Hincm. *Velo, ò coltrina.*

Brasbrat, lucubrat. Iſid. Gloſſ.

Braſma, ebullitio, fervor, apobraſma, furfur piperis, aut piper craſſum. Lex. Philol. Gorr.

Braſſica, Caulis, herba nota. *Cavolo.* Capitata, *Capuccia.* Criſpa, ſeu Appiana. *Craſchessa.* Pompejana. *Cavolo fiore.* Alba, ſylveſtris. Polycephalos, Aſparagodes, Rubra, Nigra, Campeſtris, Marina, Rapoſa. *Cavolo, rapa.*

Braſſica urſina, aculeata, & ſpinoſa planta.

Brathys, habina, frutex. Gorr.

Bravis, ſtupidus. Gloſſæ.

Bravium, vide bravium.

Brauronia, Dianæ feſtum, quo ei capſa dicabatur Athenis.

Braxea. Vide, baxea.

Braxea, calceamentum comœdorum, culo, ut Tragœdorum cothurnus. Item mulierum, ſonitum edens. Baxea, uſitatiùs.

Braxo, cerviſiam coquo. Cæſar. Braxatōres, cerviſiæ coctores. *Bracciatori.*

Brebiatores, breviatores, qui brevia conficiebant. Lex. g. b. *Chi fà brevi.*

Brebion, oratrix. *Breviatorio.* Lex. g. b.

Brecarius, becarius, vicarius, qui ſe alterius loco ſiſtit, cum aliqua mercede. Vel artifex in baſilicis. Lex. Philol.

Brechmaſis, carbunculatio arboris piperis. Item piperis grana vacua, braſma dicta Dioſc.

Bregma, crechma, ſinciput, pars anterior capitis capillata. Occiput, poſterior.

Brenta, bernicla, avis aquaticæ genus.

Brenthiæ, radices, pro ſuco mulieribus ſervientes. Onom. med.

Brentus, avis genus aquaticæ, anatis ſpecies, piſces venantis.

Brephoctonia, infanticidium. Brephos, infans. Brephoctonus, infanticida. Item, Conyza herba.

Brephotrophium, p. p. hoſpitale, ubi aluntur, & educantur pueri infantes. Curotrophium, ubi grandiores educantur. *Spedale.*

Breſſilium, ligni genus, quod ex Braſſilia affertur. Lex. Philol.

Brethyon, unguenti genus craſſioris. Onom. med.

Breve, breviarium, epitome. Veget. Item libellus repudii. Authent. Brevis, breve, breves, libelli, quibus & nomina debitorum, & privata quæque negotia notabantur. Scriban. Compendiaria ſcriptura.

Breves, tabellæ exiguæ, in quibus nomina debitorum, & privata quæque negotia adnotantur. Schard.

Brevia, um, vadoſa loca in mari, navibus inſidioſa. Virg. Item brevia Apoſtolica dicta, quòd olim imagine plumbeâ notarentur, nunc verò expediantur ſub ſigno breviori. Scriban.

Brevia, citra feſtum Georgii judicia curtarum, & liquidarum cauſarum. A. Bonf.

Breviariæ, rationes in compendium redactæ. Lex. Phil.

Breviarium, rerum geſtarum brevis narratio. Lex. Philol. Item locus, ubi reponuntur brevia, vel ubi continetur aliquid abbreviatum. Unde liber ſacer clericorum dictus *Breviarium*, quia totius Scripturæ compendium exiſtit.

Breviarium, opus conciſum, epitome, compendium, recapitulatio. *Sommario.* Caſſian.

Breviātus, curtatus, anguſtus. Sid.

Breviatores, brevium ſcriptores, officiales in curiâ, reſcripta ejus ſcribentes. Schard.

Brevis, breves, brevia, breviōla, breviōlus, chartulæ, ſive libelli breves. Lex. i. c. breve.

Breviōlum, parvum breve, brevis ſcriptura. *Scrittura breve.* Schard.

Brevigerūlus, qui brevia gerit. Iſid. Gloſſ.

Breviloquentia, breviloquium. *Parlar breve.*

Brevilŏquus, qui pauca dicit. *Chi parla poco.*

Brevi manu, per compendium. *Compendioſamente.*

Brevilogia, brevis ſermo.

Brevilŏquus, pauca loquens. Cathol. *Chi parla poco.*

Brevio, as, in pauca contraho. *Abbreviare.*

Bria, vaſis genus. Gloſſæ. Item menſura. Cathol. Pap. Briala, bria parva à bria: nos. *Brato.* Lex. Philol.

Briachus, haſtæ cuſpis. *Punta della picca.*

Briatos, robuſtus. Fortis.

Briccola, Vide, Trabucchi.

Bricēla, terriculamenta, & laruæ humanam ſpeciem præferentes, Perſonæ Tragicæ.

Briga, rixa. Brigare, rixari. Lex. Philol.

Brion, villōſum quid naſcens in quercu.

Bris, jucundum. Com. Gloſſ.

Briſare, frangere, exprimere foras. Briſeus, Bacchus. Lex. Philol.

Briſa, vinaceorum maſſa, & uva cum calcatur. Colum. *Vinaccia d'uva poichè è calcata.*

Briſa, dea ſomniorum.

Briſalmātos, currum gravans.

Briſca, favus, unde mel elicitur. Cathol. *Breſca.*

Briſo, as, frango, exprimo, elicio. Cath.

Britanium, marmoritum. Iſid. Gloſſ.

Britanneum, deambulatorium, marmoreum.

Britannīca, flos, qui in Sinâ naſcitur. Iſid. Gloſſ. Britanica, herba, bretanica, betonica, Lex. Philol.

Brîza, frugis genus in segetibus.
Brizomontes, prædicens futura ex somniorum interpretatione.
Brizo, Dea vaticiniorum.
Brocardia, materia opinionibus contrariis involuta. *Materia intrigata*. Quæstio difficilis.
Brocardum, brocardicum, in ambas partes perplexum. Lex. Philol.
Brocca, labrosa. Turn. Broca, labrosa, bellua maris. Pap.
Brocchitas, stridor dentium.
Brochus, bronchus, Vide.
Brocchus, obstinatus. Glossæ. A. L.
Brochon, arbor nigra.
Brochus, laqueus, transenna. Item, Oenophorum, vas vinarium, ferendo vino idoneum, *Brocca*.
Brodium, jus carnium, zema. Gaudentius. Salmas. *Brodo*.
Broja, brion, ulva marina. Isid. Gloss.
Broilus, sylva, nunc pomarium, *Brollo*, Insubribus. *Giardin di frutti*.
Bromium, medicamenti acopi genus. Gorr.
Bromon, panis fragmentum. Rh.
Bromos, fremitus ingens. Item herba foliis, & culmis tritico similis.
Brômôsa, immunda. Turn. annosa, resinosa. Lex. Philol.
Bromus, avena, herba foliis, & culmis tritico similis, in segetibus nascens, *Vena vana*.
Bronchia, pulmonis concavitates, asperæ arteriæ concavitates. Lex. med.
Bronchocēle, p. p. gutturis tumor, *Gozzo*. Bronchocēli, p. p. gutturiosi, *Gozzosi*.
Bronchoter, vestimenti apertura, quâ collum inseritur inter induendum.
Bronchus, brocchus, interior pars gutturis.
Bronchon, trachea, seu aspera arteria. Lex. med.
Bronchus, ramus ab arbore abscissus. Columella. Monosin, *Bronco*.
Bronci, bronchi, brochi, superiore labro tumidiores, & dentibus prominentibus.
Broncitas, bronchitas. Prominentia dentium. Item, dentium stupor, *Allegamento di denti*. Lex. l. c.
Bronta, gemma è capite testudinum è tonitruis capi putatur. Isid.
Bontēum, p. p. locus in scenâ, in quo conjectis in ænea vasa lapidibus tonitrua imitabantur.
Brontēus, Jupiter Tonitrua edens.
Bronte, tonitru, fulmen. Brontia, gemma. Plin.
Brontologia, libri de tonitribus superstitiosè tractantes. Niceph.
Bruchium, Alexandrinis, quod Prytaneum Athenienſibus; frumenti reconditorium, Herib.
Bruchus, vermiculus herbas rodens, locustæ species, sine alis tamen; brucio, cum volat, dicitur, *Locusta*.
Brucia, liquor resinæ ambustæ secundus. Onom. med.
Brucum, brutum, gravem dixere antiq. Fest.
Brudatio, pensio numatica. Greg. Mag. Ep.
Bruma, dies solstitii hyemalis brevissimi. Hyems, cum dies sunt brevissimi. Brumāle, ad brumam spectans. Brumalia, sacra Liberalia, seu bachanalia. Bromius, Bacchus dictus olim, nunc, Natalicia.
Bruma. Item, major vescendi cupiditas, ut sit tunc, unde imbrumati dicuntur, quibus fastidium est ciborum. Broma, esca. Embrōma, jentaculum Isid. Lex. Philol.
Bromius, Bracchus, unde bromalia, bacchanalia. Brumalia, quæ in brumam incidunt. Iden.
Brumeo, es, brumescit, fit bruma. Cathol.
Brumosus, annosus, resinosus. Isid. Gloss.
Brumosa, immunda. Brumalia, resinosa pluvia.
Brumus, fœtor. Brumosus, fœtidus. Herib.
Brunda, solida. Isid. Gloss. Item, Caput cervi, unde, Brundusium, dictum. Isid.
Bruniæ, loricæ. Sirmun.
Brupeo, stupeo, unde, Obrupeo, pro, Obstupeo, antiq. *Stupirsi*.
Bruscum, tuber in acere arbore. Bruscus, suffrutex. Item avis genus. Pap. Item ruscus. Mesue.
Brustum, materiæ, seu arboris genus. Isid. Gl. bruscum. Pap.
Bruta, sine sensu, quasi obruta. Item arbor orientis, seu paradisi. Brutus, gurdus, stolidus, tardus. Dalech. Isid. Gloss. *Balordo*.
Bruteo, es, bruteſco, fio brutus, *Diventar bruto*.
Brutes, tribuli. Suppl.
Brutiarii, coacti servitia agere. Brutiani, Lotarii, ministri Romanorum in provinciis. Gerones, cursores, lorarii. Brutianæ parmæ, scuta quibus Brutii utebantur.
Brutum, stolidum, sine sensu, grave. Bruta. Animalia, Tellus, &c. sine sensu.
Brya, frutex, gallæ similem fructum ferens, *Tamarice*.
Brychos, dentibus frendens. Svid.
Brygmus, stridor ex dentibus collisis. Hipp.
Bryn, vox infantium adhuc balbutientium, cum potum petunt, quem, bruam, dicunt.
Bryodes, odoris mali. Bryonalga. Rh.
Bryon marinum, herba marina, lactucæ foliis. Plin.
Bryon, muscus, uva. Item Lupulus. Item Villosum arborum quid in quercu, & cedro, & populo nascens. Lupus salictarius, *Lupolo*.
Bryonia, herba vitis alba. Ampeloleuce. Jun. Cucurbita sylvestris, Philothrum. Lex. Philol.
Brysæus, Bacchus dictus ab inundando, & madefaciendo.
Bryteon, cortex uvæ, seu vinaceorum, quod remanet, ubi vinum fuerit expressum. Lex. med.
Brytia, uvarum partes solidæ, quæ musto expresso supersunt. Gal.

Bry-

Bryton, potionis genus ex hordeo, *Cervisia*.
Bryſio, as, foras exprimo; unde Bryſieus dictus Bacchus, & briſſam uvam dicimus, cum pedibus calcatur. Calep.

B U

Bu, præpoſita auget. Bupædes, magni pueri. Bupes, habens magnos pedes: bulimia, fames magna, &c.
Bua, potio puerorum infantium. Item, omnis potio, Pappa, cibus, unde, pappare; unde, Vinibuæ, ebrioſæ. Lucil.
Bubalia, ornamenta mulierum, quæ circa manus feruntur. Poll. *Maniglie*.
Bubalium, pudendum muliebre, Brachiale, ornamentum. Bubalius, cucumer agreſtis. Hipp.
Bubălus, bos ſylveſtris, *Bufalo*. Bubalinus thorax, *Collaro di dante*. Bubal, bubalum. Supp. Bubalinus caſeus, &c. *Caſcio bufalino*.
Bubaſtis, ſancta Diana, bubaſtia, ſacra Iſidis. Item Dea bubalorum. Cathol.
Bubaſtites, Præfectura Ægypti.
Bubbatis, lapis ferri aciem retundens, inficiens, ut magnes. Bubbatio. Plin.
Bubetiæ, boalia, ludi taurorum: Bubetii, qui ſic ludunt, *Feſte di tori*.
Bubeum, vini quoddam genus. Bubleum. Feſt.
Bubile, bovile, ubi boves ſtabulant, *Stalla di bovi*.
Bubinăre, menſtruo ſanguine mulierum inquinare, imbulbitare, puerorum ſtercore fœdare. Babinare, Iſid. Bubis, barba. Iſid. Gloſſ.
Bubitæ, bubytæ, aviculæ genus, inter boves, & armenta verſans.
Bublarium, trabea, quâ trituratur meſſis, *Stromento da batter il grano*.
Bublīnum, vini genus, bubeum, bubleum. Feſt.
Bubo, ōnis, p. p. avis feralis, *Barbagianni, allocco*. Butalis, bubo lacuſtris. Item inguen, & tumor ejus.
Bubolica, inflammatio teſticulorum.
Bubōna, Dea boum.
Bubōnes, p. p. abſceſſus circa inguina, collum, & ſecus aures, Inguinaria, dicti. Bubōnes, inguina dicta.
Bubonium, herbæ genus, Aſter, Atticus.
Bubonocēle, p. p. inguinis ramex, quando inteſtinum uſque ad inguen dumtaxat deſcendens eruperit, hoc intumeſcente. Manar. Lex. med.
Bubonoſcōpus, qui bubones incantat, & inſpicit.
Bubſequa, bubulcus, qui boves ſequitur, & cuſtodit, *Boaro, vaccaro*. Sidon.
Bubular, bubo, avis feralis. Bubulo, as. Lex. Philol.
Bubulciarius, bubulcus. Supp. *Boaro*.
Bubulcio, is, bubulcum ago. Onom. Lex. Philol.
Bubulcitari, bubulci officium facere. Bubulcitare, bubulcorum more clāmare. Bubulcinari, boves agitare, *Guardar buoi*.
Bubulcus, cuſtos boum, *Boaro*.
Bubŭlus, bovinus ut caro bubula, bovina, *Cervello di bove*. Bubula cenſio, cenſura facta bubulis loris.
Bubus, ſenium, angor. Gloſſ. Item, Bobus.
Bucacraton, buccea panis vino intincta, *Zuppa in vino*. Lex. g. b.
Bucædæ, bubulis loris cæſi. Bucida. Lex. Philol.
Bucale, vas Pontificale abluendis manibus apud Rom. *Boccale*.
Bucamiſon, induſium. Lex. g. h. *Camicia*.
Bucardia, lapillus bubulo cordi ſimilis. Plin.
Bucar, vaſis genus, Feſt.
Bucca, pars interior oris, & ejus concavitas, *Bocca*. Buccæ, malæ, *Guancie*.
Buccāre, buccam facere, inflare. Cathol. *Far bocaccia*.
Buccarius, lanio. Turn.
Buccæ, buccellarii, qui alienâ buccâ, ſeu quadrâ vivunt; paraſiti, adſeclæ, ſcurræ. Buccones. Salm.
Buccātus, buccam habens. Cathol.
Buccarius, panis buccam implens. Turn.
Buccea, fruſtulum alicujus rei eſui accommodatum, *Boccone*. Item, flagellum ex bovillâ. Tauriſca, ex Taurino corio, *Scuriada*.
Buccelaton, medicamentum in panis formam concinnatum. Purgativum. Gorr.
Buccella, buccea, à buccâ, modus cibi & panis, quantum bucca capere poteſt. Spira farinacea. Item panis biſcoctus.
Buccella, parva buccea, bucella panis, *Boccone*. Buccellātus, in modum ſcachidos formatus, *Fatto à ſcacchi*. Bucilla, buccilla.
Buccellātum, panis caſtrenſis biſcoctus, nauticus. Bucellatum, buccelatum. Lex. g. b. *Buccellato*. Item benedictus panis, *Pan benedetto*.
Buccellarii milites, equites armati, loricati cum manicis ferreis. Turn. Item, latrones, qui ponunt in ora captivorum ligna, ne clament. Milites Gallo-græci. Alber. Rh.
Buccellarius, panis cuſtos caſtrenſis. Item, vaſallus. Item, qui in alterius patrocinio eſt, cui ab alio cibus præbetur. God. antiq. Pancirol. Item ſcurra, ſtator, adſecla, domeſticus, officialis. Salm.
Buccellum, orbiculatum fruſtum, *Boccone tondo*.
Buccellus, cibarium, circularem figuram præſeferens; Cellarius autem cuſtos panis. Pancirol.
Buccicen, p. c. buccinâ canens. Buccino, as, buccinâ cano, *Suonar la trombà*.
Buccidæ, boves cadentes. Pap.
Buccina, bucina, tuba recurva, *Cornetto*. Buccinator, buccicen, p. c. qui eâ canit. Buccinaria, voces. Iſid. Gloſſ. bucina, melius. Voſſ.
Buccino, as, p. c. buccinâ cano, *Suonar di corno*.
Buccinum, buccinæ ſonus, & conchæ genus. Item, murex, purpura, concha turbinata. Rond.
Buccinſmus, jentatio. Gloſſ. g. l. *Cellazione, boccoreggiamento*.
Bucco, onis, buccio, onis, garrulus, futilis, qui tumidioribus eſt buccis, *Guancie groſſe*.
Buccŭla, bucca puſilla, *Bocchina*. Item pars caſſidis.

fidis buccam tegens, *Visiera*. Item osculum canalis in carapultâ, umbilicus librorum.
Bucculārii, qui bucculas fabricant. Bucculāti, iis tecti, Centuriones dicti. Vegetius.
Bucculentus, qui magnam habet buccam, ventosus, *Chi ha gran bocca. Vansatere.*
Buccus, caper. Cod. ll. antiq.
Buccæda, p. p. bucida, p.p. boum coriaceis ferulis cædens, *Chi batte con sferze di fugastere.*
Bucea, folliculus granifabæ interior, albus. Cal.
Bucentaurus, magna navis, centaurus, Venetorum admiranda, *Bucentoro.*
Bucentes, boum stimulator, Asilus, Oestrum, tabanus, insectum armenta infestans, *Tasano.*
Bucentrovergium, boum stimulus. Lex. g. b.
Bucentrum, stimulus boum, *Pungolo.*
Bucephălus, p. c. habens caput bovinum, equus Alexandri Magni.
Buceras, herbæ genus. Fœnum græcum, *Fien greco.*
Buceriæ, boum greges. Non.
Bucĕra sæcla, boves. Lucr. *Armento di buoi.* Turn.
Bucĕrum, p. p. pecus bovinum, aut bovinis cornibus munitum, de bobus dictum. Fest.
Bucĕrus, p. c. bubula habens cornua, *Chi ha corna di bue.*
Bucēta, bucīta, bucĕta, boum pascua, *Pascoli da buoi.* Turn. Buceria, armenta boum. Pap. Salm.
Buchianos, buccina. Fest.
Bucilla, buccella. Suppl.
Bucinaria, voces. Isid. Gloss. Bucina, tuba; melius quàm buccina. Delrius.
Bucinium, tuba, Suppl. bucina, melius quàm buccina.
Bucleps, qui boves furatur, *Ladro di buoi.*
Bucoleon, palatii imperatoris Constant. locus, ubi lapideus leo vivum capit bovem. Buleng.
Bucolia, pastoralia. Herib. *Pastorali.*
Bucoliasmus, pastoritii carminis modulatio.
Bucoliastes, qui pastoritium carmen modulatur.
Bucolica, orum, pastorale carmen, *Ragionamento di buoi*, bucolicus, pastoritius.
Bucolicon, herbæ genus, panacis.
Bucolus, novellus bos, tyrunculus. Colum. Item, bubulcus, boves pascens. Bucolium, armentum boum. Beroal.
Bucōnes, stulti. Turn.
Bucranium, herbæ genus, vitis nigra. Onom. med. Antirrhinon dicta.
Bucula pascua, ubi armenta pascuntur. Bucita. Lex. Philol.
Bucŭla, vacca juvenis & adhuc tenera, *Vacchetta.* Item pascua. Isid. Gloss. Item fibula, ansa, bulla. Lex. Philol.
Bucularius, qui bucculas, seu galeas facit. Buccularius, vide.
Bucŭlus, parvus bos, *Vitello, manzetto.*
Buda, storea, ornamenta regalia camelorum. Isid. Gloss. stramentum lecti de papyro, bullæ.
Bufo, cuso, rana terrestris, grandis, venenata, *Botta, rospo.* Rubeta verò est minor. Bufones, histriones. Schard.
Bugæus, spado. Pap. *Castrato*, lactator. Bibl.
Bugla, herba palustris.
Buglossus, buglossum, bovis lingua, burago; Euphrosyne, quòd vino mista lætificet. Item piscis marinus. Item buglossa, *Boraggine.*
Bugōnes, apes, quòd ex bovis stercore putrefacto nascantur. Bugonia, apiarium. Turn. Boum generatio. Lex.
Bulapăthum, herba ex lapathi generibus, magnum lapatum. Lex.
Bulba, vulva. Gloss. Salmas.
Bulbinæ, herbæ genus, porraceis foliis.
Bulbīno, as, mulierum menstruo sanguine inficio, imbulbito.
Bulbīto. p. c. bulbitas, puerili stercore inficio. Bulbitum, stercus puerile, simus. Lex. Philol. Vide, scatos.
Bulbus, radix herbarum rotunda tunicata. Item, alii genus sylvestris, simile ascalonio. Bulbōsus, bulbaceus. Bulbi, esculenti, sylvestres, vomitorii, eniophori, unifolii, marini, criniti, &c.
Bule, consilium, Senatus.
Bulēsis, nota genitiva in nato vini, lactis, &c. *Voglia.*
Buleuta, consiliarius, Senator, decurio. *Consigliere, Senatore.*
Buleuterium, locus Senatus, ædificium amplum sine clavo, ita dispositâ contignatione, ut eximantur trabes sine fulturâ, ac reponantur, *Luogo da far' il consiglio.*
Buleutĭcum, locus Romæ, & Athenis, ubi Senatores, & senes in theatro, Ephebicum, ubi juvenes, Podium, ubi Imperatores spectabant, & Coss. synedrium. Vide.
Bulga, omnis folliculus, & crumena, & sacculus ad brachium pendens; sacculus scorteus. Item, matrix, vulva. Vulga. Lex. Philol.
Bulgæ, sacculi ex corio, *Bolgie, bisacce.* Bulgulæ, parvæ bulgæ.
Bulgetanus, propola bulgarum. Lex. g. b. Lex. Philol.
Bulgidium, parva bulga. Bulgetæ, risci scortei, cistæ. Scal. bulgula.
Bulia, tempus consultationis. Item, summa magistratus potestas. Monosin.
Bulimia, immodica appetentia, *Gran fame.*
Bulĭmus, bovinus, caninus appetitus, bovina fames, *Fame canina.* Lex. Med.
Bulla, insigne puerorum nobilium è collo dependens. Tumor inanis aquæ. Clavorum caput, & pustula oculis nata. Bullātus, bullâ ornatus. Bullare, notare bullâ. *Bollare.* Bullati clavi ostiorum.
Bullæ, scripturæ in membranis, plumbo appenso à plumbatore, *Bolle.* Item, stramenta camelorum. Isid. Gloss.
Bullare, sigillare. Bullæ, ceræ sigillatæ, *Bolle.* Herib. bullari, in bullas erumpere. Scard.

Bulla-

Bullatorium, forma bullarum. Bulla, ſigillum, *Bolla*. Bullŭla, parva bulla. Lex. g.b.
Bullatus, bullæ ſimilis, evanidus. Item, bullâ ornatus. Lex. Philol.
Bulli, inſectum. Suppl.
Bullio, is, ferveo, *Bollire*. Bullo, as, bullas facio: bullio, ōnis, tumor aquæ bullientis. Bullor, ōris, bulliuncŭlus, bullicŭlus. Dimin. Cath.
Bullio, onis, tumor aquæ bullientis. Bullor, oris, nos, *Bollore*: Bulliculus, bulliunculus, parvus bullio. Lex. Philol.
Bullo, as, bullas facio, inflor more bullæ: ebullo, as, foras bullo, efflor. Lex. Philol. Item obſigno, *Bollare*.
Bullula, parva bulla. *Bolletta*.
Bullum, paſtoris baculum. Iſid. Gloſſ. bullatum.
Bulſos, convulſio, riptura inveterata pulmonis, morbus equorum. Lex. Med.
Bulytos, veſpertinum tempus, cum ſolvendi ſunt tauri, & boves, *Sera*.
Bulus, baculus paſtoris. Pap.
Bumamma, bumaſthos, magna mamma. Item, uva craſſior, *Grappo d'uva grande*.
Bumănes, p. c. herbæ ſpecies, quæ bobus inſaniam affert.
Bumaſthus, magnas mammas habens. Onom. med. *Chi ha mammelle grandi*. Item, uvæ genus craſſioris inſtar mammæ. Pont.
Bumelia, fraxini ſpecies. Plin.
Bumyci, tauri Deo dicati. Item voces mugitum taurorum imitantes.
Bunias, napi ſpecies, diverſa à bunio.
Buneuron, flagellum è nervis bubulis. Lex. g. b. *Sferza di nervi di bue*.
Bunium, napi genus. Bunias, aliud genus napi ſylveſtris, herba umbellifera.
Buo, is, perfundo, impleo innuſit. Unde Imbuo, uſit. Delibuo, inuſit. intingere. Butum, imbutum.
Bunuarium, menſura terræ; bunuarius, eam poſſidens. Cod. ll. ant. Curtarius, qui curtem; Hobarius, qui hobam tenet. Idem.
Bupædes, pueri magni, obſoleti, qui creſcendi finem fecerunt. Feſt.
Bupălus, bubălus. Item magnus luctator, *Bufalo, gran lottatore*.
Buphăgus, vorax, qui bovem unâ cœnâ voraret. *Devoratore*.
Buphărus, terra, quæ facilè bobus arari poteſt.
Buphōnum, p. p. herba bobus anginam pariens, eoſque necans, ſi edant.
Buphonìa, boum mactationes, feſtum Athenien. Buphoni, boves mactantes.
Buphorbus, boves paſcens, *Chi paſce buoi*.
Buphthalmus, bovinos oculos habens. Item herba florifera ſimilis bovinis oculis.
Bublanoctiſti, tumuli apud Ilium.
Bupleurum, herbæ genus in ſegetibus ſponte naſcens. Plin.
Bupŏdes, magni pedes, *Piedi grandi*.
Bupreſtis, animal latens in herbis, ex genere cantharidum, bovem marinum fallens. Barthol. Item, herba.
Bupīna, paſſio, quâ immodicâ ſiti cruciantur infirmi; bulimia, *Fame*.
Bura, buris, pars aratri poſterior curvata, quaſi bovis cauda, vomerem excipiens.
Buranica, potio ex lacte, & ſapâ. Feſt.
Burbalia, inteſtina majora. Gloſſæ. A. L. Pap.
Burca, clavata. Pap. meliùs, cloaca.
Burda, veſtimenti genus: buda, aliis.
Burdatio, penſio, quam ruſtici ſolvunt. Gloſſ.
Burdit, exultat, ſuperbit. Suppl.
Burdo, ōnis, natus ex equo, & aſinâ; mulus ex aſino, & equâ. Burdus, manus, burichus, Idem. Salmas.
Burdus, buricus, gurdus, ideſt, brutus. Burdicus. Lex. Philol.
Burga, cloaca. Iſid. Gloſſ. *Fogna*. Lex. Philol.
Burgæ, qui collegio, Curiæ, vel burgis ſerviunt. Item annonæ copia munita belli. Item, horrea publica. Scal.
Burgarii, à burgis dicti, quia crebra per limites habitacula conſtituta, burgos, vocant.
Burgi, per limitem habitacula conſtituta.
Burgones, caules. Iſid. Gloſſ.
Burgos, burgus, caulæ, caſtra. Iſid. Gloſſ. burgus, caſtrum. Burgarius, burgenſis, ex burgo. Cath. *Borghese*.
Burgravius, comes burgi, ſeu caſtri.
Burguvardium, burgrabatus, territorium, ager. barb.
Buricus, equus, mannus. Vide Burrichus. Lex. Philol.
Buris, bura, aratri pars curva poſterior, & manubrium. *Manico dell'aratro*.
Buricalia, inſtrata equorum. Greg. Naz. *Gualdrappe*.
Burrichanicum, veſtis genus. Feſt.
Buris, vide bura.
Burnus, qui libidini præeſt. Paver.
Burra, veſtis vilior, pilis hirſuta. Auſon. *Pelliccione*, tomentum, pulviſculus ſuper floribus. Lex. Philol.
Burræ, quiſquiliæ, ineptiæ, fabulæ: burrit, vox belluæ. Burrider, animalia, manni. Pap.
Burrhanĭca, potionis genus, lacte, ſapâque miſtum, à burrho, ideſt, ruſo colore.
Burrhanicum, vaſis genus. Feſt. Burranicum, burrum.
Burrhum, byrrum, ruſum, *Roſſo*, & cui nimio potu buccæ rubent. Burrhus, dictus, byrrus, burrus, Feſt. *Borraccio*.
Burrichus, mannus, equulus coloris burri, ſeu byrri, & ruſſei, ruſi. Salm. Item, qui coloris erat burrei, Pyrrhici Græcè.
Burrio, is, ſonum emitto, quaſi bullientium. Lex. Philol. ſcaturio, de formicis dictum. Beroal. Apul.
Burſa, item Jani medium, conventus mercatorum, crumenæ ſigno inſignitus. *Borſa*. Lex. Philol.

by Google

Carneus, carnalis, carnaliter, ex carne. *Di carne, carnalmente*.
Carnia, Carnea, feſta Apollinis Spartæ. Rh. Dalech.
Carnicūla, caruncūla, parva caro. *Carnicina*. Pap.
Carnifex, tortor, qui carnes ex hominibus facit. Item, qui ſe ipſum vulnerat, ut moriatur. Feſt.
Carnificāri, pati, quæ carnifices facere ſolent. Carnificāre, carnem dividere. Poll.
Carnificīna, p.p. locus publicus, in quo fontes à carnificibus occiduntur. Carnificium, actus carnificis.
Carnificinum cribrum, homo plagis, ut cribrum, perforatus.
Carnificium, macellum. Gloſſæ.
Carnifico, as, facio carnes, interficio, lacero; unde excarnifico, uſit. Cath.
Carnii moduli, qui conſtabant nervis plurimis. Rh.
Carniſprivium, Apocreos, tempus, quo jejunamus, carne abſtinentes, ut Quadrageſima. *Digiuno*. Creophagia, tempus Paſchæ.
Carnivenda, qui carnes vendit. Poll. *Vende carne*.
Carnivora, animalia, quæ carnes vorant.
Carnoſitas, pinguedo. Carnōſum, muſculoſum, pingue. *Carnoſo*.

Car-

Carnopes, locuſtæ.
Carnulentus, carni, & mundo deditus, pinguis. Cerda. Carnōſus. Carnulentia, craſſitudo. Cath.
Caro, carnis; apragna, bubula, conditanea, infumata, jurulenta, muriatica, vervecina, morticina, ſalita, ſuilla, &c. Jun. *Carne*.
Caro, pars corporis nota. Item in pomis molle; cutis, pars verenda, & corpus univerſum, homo: Verbum caro factum. Lex. Philol.
Carochymum, ulcus, quod vinoſo humore eſt obſeſſum. Onom. med.
Carœnum firæum, ſapa, vinum decoctum, ita ut tertia pars aſſumpta ſit, duæ tantùm remaneant; Siræi ſpecies. Gorr. Vide.
Carœnum, vinum dulce. Turn. Carœnatii, cortinæ, & vaſa, in quibus coquitur carœnum. Pall. Turn.
Caronus, navicula in paludibus. Pap.
Caronium, ſpoliarium. Leon.
Caropera, manopera, duplex genus ſervitutis. Paſſerat.
Caros, craphlatis redundantia, ſopor profundior juſto, capitis gravedo. Rh. Deperditio ſenſus. L. m. Carofis, ſopor, nimia ebrietas. *Sonno d'imbriachezza*.
Caroſtrebula, quæ taurorum demittitur à coxendicibus. Arnob.
Carōſum, carie conſumptum. *Intarlato, cavolato*.
Carota, radix, & herba umbellifera. *Carota*. H. P.
Caroticæ venæ, quæ in collo ſunt, ſoporiferæ. Gal. Carotica, ſoporandi vim habentia.
Caroticum, vinum vehemens, Cyclopi ab Ulyſſe datum. Rh.
Carotica, ſomnum inducentia.
Carotides, venæ ſoporariæ circa colli jugulum. Lex. med. *Vene del collo*.
Carotium, currus, in quo conſtituebatur vexillum publicum, cum in aciem eundum erat. Vide Carrocium.
Carpe, vermis, qui oleis innaſcitur. Rh. *Verme d'olive*.
Carpæa, ſaltationis armatæ ſpecies. Rh.
Carpaſinus, a, um, è carpaſo, ſeu apio. Carpaſinus color. Lex. Philol.
Carpatinæ, carbatinæ, crepidæ. *Pianelle*. Vide.
Carpăſus, venenatum medicamentum. Dioſc.
Carpaſum, planta, cujus ſuccus medicamentis eſt utilis.
Carpentarius faber, qui carpenta facit; faber lignarius. *Legnajolo*. Carpentarius equus, carpentum trahens. *Caval da carreta*.
Carpentarius, tignarius faber, qui ligna carpit, ſcindit, quadrat, & aptat ad ædificandum. Salm.
Carpeo, conſumo, enarro. Gloſſ. A. L.
Carpeſia, herba venenoſa. Onom. med.
Carpeſium, feſtuca tenuis, furculis cinnamomi ſimilis. Lex. Philol.
Carpetia, veſtis ſtragula. *Coperta, carpetta*. Gloſſ. g. l.
Carpentum, vehiculum honoratiorum, quaſi carmentum, aut è carpino. *Carretta*. Carpentum, ſolium, dicitur poſſidere planeta, cum fuerit in locis, in quibus plures obtinuerit dignitates. Argolus.
Carpere cibum, ſcindere. *Trinciare*. Unde Carptor, ſciſſor.
Carphelium, panis cibarius. Lex. g. b.
Carpheōtum, thus puriſſimum, & candidum, autumnale. *Incenſo perfetto*.
Carphia, claviculi ſuppacti militum calceis, qui dicti, Clavati. Iſid.
Carphologia, pallearum, & feſtucarum collectio. *Raccolta di paglia*.
Carphōma, pegma, l. g. b. Vide Pegma.
Carphylæ, ſtrata ex feſtucis. *Letti di paglia*.
Carphos, herbæ genus, fœnogræcum, buceras dicitur. *Fienogreco*.
Carpiæ, civitates in ripis fluminum ad impetum barbarorum reprimendum. Rh.
Carpio, ōnis, piſcis notus. *Carpione*. Lacus Benaci. *Del lago di Garda*.
Carpies, ſordidum vellus. Sup. lana ſuccida.
Carpineus, è carpino arbore. Turn. *Di carpino*.
Carpinus, arbor de acerum genere. *Carpino*.
Carpiſcŭlum, calceorum genus. Carpaſcŭlum. Vopiſ. Rh. Carpiſculus. Caſaub. parvus carpus. Vide. *Scarpino*.
Carpiſmus, fructuum perceptio.
Carpiſmi, manuum porrectiones. Clem. Alex.
Carpiſtes, adſertor; Carpiſtia, adſertio. Turn. Carpiſtes, traductor. Tertul.
Carpo, is, decerpo. *Carpire*; ſenſim, leniter aufero, vellico, lacero, capio, &c.
Carpobalſamum, balſami fructus.
Carpochiron, palma manus. Codin. *Palma della mano*.
Carpodeſma, manuum vincula. *Manette*.
Carpogŏnus, fructus generans. *Chiſà frutti*.
Carpomĭnes, inſanè fructificans.
Carpophŏrus, fructus ferens. *Fruttifero*.
Carpophăgus, fructus vorans. *Chi mangia frutti*.
Carpophylax, fructuum cuſtos. *Guardiano di frutti*.
Carpophyllon, lauri genus montanæ.
Carporāre, ſauciare, ferire, carpere. Pap.
Carptim, ſparſim, hinc, atque hinc carpendo.
Carptor, qui reprehendit, aut aufert. Item, Sciſſor. Vide Carptura, ſeu carptus, us, actus carpendi. *Riprenſione*.
Carptor, ſciſſor, qui cibos ſcindit, dividit. *Trinciante*. Petron.
Carpum, balſami ſemen, fœnum Græcum. Rh.
Carpus, fructus: procubitalis terminus: brachiale. *Raſcietta*: junctura manus cum cubito, vola, antecarpium. Poll. Item Carpus, carptor. Petron.
Carpuſcŭlum. Vide Carpiſcŭlum.
Carpus, diminut. carpiſclus, carpiſcŭlus, calceus mul-

multifariam ſciſſus, & cæſus. *Scarpatrimiata*. Scal.
Carquila, caruncula. Sup.
Carracutium, vehiculum altiſſimarum rotarum. Gloſſ.A.L. carracutum. Pap. Iſid.
Carrāgo, carragium, carrāgus; carrorum, impedimentorumque caſtrorum apparatus. *Carriaggio*. Capitol.
Carrēna, jejunium XL. dierum in pane, & aquâ. *Digiuno in pane, e acqua, carena*. Quarrena. Lex.Philol.
Carrecta, ſepes. *Siepe*.
Carrera, curſus. *Carriera*. Gloſſ.g.b.
Carretta, carrum, carrus, currus. *Carretta*. Cæſ.
Carrico, onero. Gloſſ.A.L. Herib. *Caricare*. Undè Carra, carrada, carropera, carica. Cod.ll.ant.
Carrio, divido. Iſid.Gloſſ.
Carrobaliſtæ, carri baliſtas ferentes.
Carrocium, carrucium, carrus editior, coccineo obvelatus panno, in cujus medio vexillum pendens, è perticâ rubrâ cruce interſectum, ternis bobus concoloribus tractus.
Carruanum, carruana; multitudo mercatorum, aliorumque peregrinantium ſimul. *Caravana*.
Carrucarius, carrucharius, mulociſtarius, qui carrucam ducit. Carrucarium, ad carrucam pertinens.
Carrūca, carrus parvus onerarius, quatuor habens rotas, carrucha duas; ciſium, dictum. Carrucōla, parva carruca. *Carretta*. Carrucola. *Carriola*.
Carruonum, fuligo, carbo. Supp.
Carrus, carrum, carrūca, plauſtra oneraria quatuor rotarum. *Carro, carretta*.
Caro, carnis. Gloſſ.antiq. *Carne*.
Carſamatius, eunuchus, ſpado. Lex.g.b.
Carropera, ſervitium factum carris: manopera, manuale. Unde Carroperarii, & manoperarii, dicti. Sirm.
Cartha, charta. Vox nota. *Carta*. Cartularius, chartularius. Chartarius, qui chartas conficit. *Cartaro*.
Cartagma, oſſis fractura. Onom.med.
Cartamus, ſemen croci hortenſis. Lex.Philol.
Cartazonus, animal quadrupes. Geſn.
Carteriæ, partes in cacumine arboris, per quas funes trahuntur. Pap.
Carteronychus, validos ungues habens. Carterus, durus.
Cartallus, caniſtrum, cophinus. Cerda. *Canestro*. Cartallum. Item vas quo mortui efferuntur. Cath.
Carthegon, buxi granum. Plin.
Cartherotyhmus, p.c. qui toleranti eſt animo. *Paziente*.
Cartibūlum, menſa lapidea, quadrata, oblonga, fulta unâ columellâ. Varro. De L. L. Caſtibulum.
Carticula, cœna.
Cartilāgo, medium quid inter os, & carnem: cartilagineus, cartilaginoſus, ex cartilagine.
Cartophylax, cartæ cuſtos. Cartophylacium, ubi carta cuſtoditur.
Carum, ſilveſtris paſtinacea, carota ſativa.
Carum, herba umbelliſera. *Caro*. H.P. cuminum pratenſe.
Caruncula, carnicula, particula carnis, particula inteſtinorum, excreta. Lex.med.
Carus, gratus, Aldo: alii, charus: carò, carè; unde caritas, penuria. *Careſtia*.
Carya, quæ ligneo integuntur putamine nuces, &c. Rh. *Che hanno guſcio legnoſo*. Acrodrya, græcè.
Caryatides, ſtatuæ muliebres in ædificiis: ſicut viriles, Telamones, & Atlantes dicuntur.
Caryca, p.c. edulium ex multis conſtans, ut ſanguine, & aliis eſculentis. Suid. At Carica, ficus arida. Vide Carycinus color.
Carycon, medicamenti genus.
Caryon, nucis juglandis genus: caryocaractes, nucifrangibulum.
Carycia, jurulenta dulcedo. Rh.
Caryceuma, cibus cum aromatibus conditus.
Caryon, nucis juglandis genus: carynum oleum, ex nucibus juglandibus.
Caryophyllāta, ſanammunda, benedicta, herba hortenſis benè olens. H.P.
Caryopon, genus cinnami.
Caryopos, nucis ſuccus expreſſus è ſurculo cinnami. Lex.Philol.
Caryophyllum, caryophyllus, arbor aromatica, ex quâ claviculi, dicti. *Garofani*. Item flos ita dictus. *Garofano*. Unde Caryophyllum. Caryophyllatum, condimentum è caryophyllis. *Garofenata*. Garyophyllum.
Caryotus, nucatus.
Caryōtæ, caryotides, dactyli, palmulæ. Margarides, fructus è palmis naſcentes. Caryota, paſtinaca ſylveſtris.
Carytes, p.p. Tithymalli ſpecies.
Caſa, tugurìolum urbanum, vel ruſticum. *Capanna*. Caſamentum, à caſâ. Caſatus, caſam habens. Fulb. Caſūla, dimin. parva caſa. *Caſetta, capannetta*. Unde Caſata, caſati, vaſſalli, caſarii, caſales. Cod.ll.antiq.
Caſabundus, crebrò cadens, in caſum propenſus. Næv.Vàr. *Chi ſtà per cadere*.
Caſāle, ædificium. Guil. *Caſale*.
Caſſamentum, beneficiarium prædium. Bern.
Caſaluādes, meretriculæ, quòd abſentes advocent, præſentes excludant.
Caſamaton. *Caſamatta*. Lex. g.b.
Caſāna, mulier caſam cuſtodiens. Feſt. Item operimentum navis. Sup. *Caſſina*. Caſana, humilis caſa. *Caſina*. Cod.ll.antiq.
Caſanti capite, in terram dejecto. Plaut. *Con la teſta china in terra*.
Caſāre, caſitare, frequenter cadere. *Cadere ſpeſſo*.
Caſarius, litis amator. Iſid. Gloſſ. Caſaria mulier, quæ caſam cuſtodit. Feſt. *Caſareccia*,

Ca-

Caſaurium, caſeluium, impudicarum locus, lupanar. Caſaura, meretrix.
Caſcabellum, ſcabellum, crepitaculi genus. Ariſtoph. interp.
Caſcum, antiquum, priſcum. Acc. *Antico*.
Caſcus, ſenex. Caſca, anus; Caſnar, Oſcorum linguâ. *Vecchio*.
Caſcunia, verberatio. Gloſſæ.
Caſdrus, ſtratum equi, aut veſtis ſtragula. Syn.
Caſeāle, locus, ubi ſit caſeus, & ſervatur. *Formaggiaria*. Turn. Item equorum ſtabulum.
Caſearia, taberna, ubi caſeus venditur, aut fit.
Caſearius, caſeum faciens, vel vendens.
Caſeatio, morbus mammarum, cum lac concreſcit inſtar caſei. Manar.
Caſella, capſella, arcula. Lex.g.b. *Caſſetta*.
Caſes, telæ aranearum. Sup.
Caſellæ, granaria, in quibus fructus componuntur. Schard.
Caſeum, pro, Caſeus. Plaut.
Caſeus, notæ ſignificationis. *Caſcio, formaggio*, oculātus, pumicoſus, fiſtuloſus, ſpongioſus, recens, muſteus, deſcobinatus. Jun. Caſeŏlus, parvus caſeus. *Caſciotto*. Caſei quadra. *Fetta, o pezzo di formaggio*. Caſeus ſcobinatus. *Grattato*. Caſei ſcobina. *Grattacaſcio*. Caſearia forma. *Forma di formaggio*. Caſeus lactis, recens.
Caſia, caſſia, frutex corticis odorati lignea dicta, unde electiſſimum cinnamomum. *Cannella*; ad differentiam, Fiſtularis, catharticæ dictæ Ægyptiæ ſiliquæ, cujus uſus ventri leniendo. *Caſſia in canna*. Item, herba coronaria, lavendula. *Spigo*.
Caſiăca, veſtis militum propria, quam Athenienſes reges ſæpè induebant. Alex.
Caſilam, caſſidem antiqui dicebant. Feſt.
Caſina, comœdia Plauti à Caſinâ ancillâ dicta. Feſt.
Caſindus, ſervus, aut fidelis. Marcul.
Caſiola, pallium ſacrum.
Caſis, coetanea, æqualis ſoror.
Caſito, caſito, frequent. caſo, & cado; unde Caſabundus, crebrò cadens. Pract. *Chi ſpeſſo cade*.
Caſivor, caſeus. Suppl.
Caſium, medicamenti genus. Pap.
Caſma, chaſma, terræ hiatus. Pap. Caſmāre, hiatum facere. Idem. *Apertura della terra*.
Caſmēna, carmina. Caſmen, carmen, ant. Caſmīna, carmina.
Caſmænæ, Camænæ, Muſæ. Varro.
Caſmillus, olim, Camillus.
Caſnanem, ſenem depontanum, defunctum honoribus. Turpil. Palm.
Caſnar, caſcus, ſenex. Varro. Oſcorum linguâ caſnares, ſenes. Non.
Caſnomia, muſca venenoſa. Pap. Cynomyia.
Caſo, casito, frequenter cado, nuto, inclino. Caſabundus, frequenter cadens, casitans.
Caſōna, acus, qua mulier ſcabit caput. Iſid. Gloſſ. *Amalthea Onomaſt.*

Caſorides, caſoritæ, caſaluadæ, meretrices. *Iſid.* Gloſſ.
Caſarium, lupanar. *Bordello*.
Caſorum, vetuſtum. Iſid. Gloſſ. Caſnar, fortè, vetus. B. Vulc. Caſcum.
Caſſa, capſa. Palm. Caſſa nux, fraus inanis. Caſſo, as, deleo. *Caſſare*.
Caſſabundus, dubitans. Gloſſ. Caſabandus. Scal. qui crebrò cadit, fruſtratus. Cath.
Caſsātur, caſtratur. Iſid. Gloſſ.
Caſsātus, fruſtratus. Greg. Turn. Item quaſſatus. Turon.
Caſſeu, December. Hebr.
Caſſiaca, veſtis à Caſſio monte dicta. *Caſacca*. Calca.
Caſſicula, parvum rete, reticulum; Caſſilis, caſſicula.
Caſſicŭlum, jaculum, parvum rete. Iſid. Gloſſ. Caſſarius, retiarius. Cath.
Caſsĭla, caſſida, antiq.
Caſſia, vide Caſia.
Caſſis, ſis, rete venatorium. Caſſida, caſſis, idis, galea. *Elmetto*. Caſſis, de laminâ: Galea, de corio. Iſid.
Caſsitat, guttatim, & ſæpiùs cadit. Briſſon.
Caſſidile, pera, marſupium venatorum. Iſid. Gloſſ. Voc. Eccl.
Caſſidius, ſacculus, pera, acciperium, ſiccatium, loculus; loculus aucupis, aut paſtoris inſtar caſſis, & reticuli. Vocab. monaſt. Lex. Philol.
Caſsita, p.p. alauda, galerita, corydalus, aviscantans. *Allodola*.
Caſſitĕros, p.c. ſtamnum, vel plumbum album; unde, Caſſiterides, inſulæ in Oceano, unde plumbum album effoditur.
Caſſitias, vici ſpecies in abiete, & larice naſcens. Sipont.
Caſinum, vetus. Rh. *Vecchio*.
Caſſo, as, irritum, nullum facio. *Caſſare, annullare*.
Caſsò, fruſtrà. Greg. Turn. *Indarno*.
Caſſum, inane, vacuum. *Voto*.
Caſſus, mortuus.
Caſſutha, caſcuta, herba cathartica. H.P. podagra lini.
Caſtaldĭa, adminiſtratio, quâ domini res gubernatur.
Caſtaldi, gubernatores, vel vicedomini. Zas. Lex. J.C. *Gaſtaldo, fattor di villa*.
Caſtamola, ſacrificium virginum Veſtalium. Feſt.
Caſtanea, arbor nota. *Caſtagno*. Et fructus ejus. *Caſtagna*.
Caſtanētum, locus conſitus caſtaneis. *Caſtagneto*.
Caſtanīnum oleum, ex caſtaneis factum. Caſtanātos, colorem habens caſtaneum. L.g.b. *Caſtagnato*. Caſtaneus, caſtanīnus, caſtanātus color. Salm.
Caſtella, conceptacula, derivacula latiora aquarum. *Ciſterne, conſerve*. Caſtellarii, qui ea curant. Vitr.
Caſtellamentum, caſtelloma. Vide. Item cibus

instar pyramidis. Arnob. Lex. Philol.
Castello, as, castellis extructis munio.
Castellōma, castellamentum, pars navis, ubi milites suspendebant clypeos. Lex. g.b.
Castellānus, castelli custos. *Castellano*. Cod. ll. antiq. Item incola castelli. Schard.
Castellarius, castelli præses, aut incola. Guliel.
Castellaricium, castellania, præfectura castelli. Anon. l.g. *Castellano, castellania*.
Castellum, oppidum muro cinctum; item aquæ fontis receptaculum, è quo fistulis aqua redditur. Dividicula. Vide. Lex. Philol.
Castellum, parvum castrum, vicus muris munitus. *Castello*. Item aquæ receptaculum. Castellatim, castella, à castello. *Per castello*.
Casteria, cisteria, casterium, locus, ubi remi, & gubernacula reponuntur post navigationem. Item pertica hortatoris remigum. Turnebus legit Schasteria. Vide.
Castifer, qui flagellum portat, ut castiget. Isid. Gloss.
Castigo, as, punio. Castigatio, castigator, castigabile. *Punire*. Castigāta refectio, cibus tenuis, moderatus. Cassian.
Castimonium, sanctimonium, castus. *Castità*.
Castipūlum, mensa quadrata. Isid. Gloss. *Tavola quadra*. Cartibulum. Vide.
Cattitium. *Casale*, quod ad ædificii structuram pertinet; Casalia dicta. Cerda.
Castitor, sum castus. Sup.
Castitūdo, castimonia, castitas. Acc. *Castità*.
Castor, Fiber, animal amphibium; Italis *Bivaro*.
Castores, Castor, & Pollux.
Castoreum, castorium, testis animalis fibri, sive castoris: Melos quoque Laconicum, quo usi in prœliis Lacones. Rh. Item medicamentum ex iis. Pap.
Castorides, canes nati è castore, & vulpe. Lex. m.
Castorinātus, castorinâ indutus pelle. Sidon.
Castra, æ, pro, castra, orum. Acc.
Castra, orum, ubi milites diversantur. *Campo di soldati*. Castra, stativa, & temporaria. Jun.
Castra, sunt temporaria militum diversoria, ac stativa, diuturna. Lex. Philol. Generatim sunt munitiones, unde Castrophylax, castrorum custos. Castroctisia, castrorum metatio. Castellani, milites castellis impositi. Codin.
Castrametātor, qui castra ponit. *Mastro di campo*.
Castractisia, tributum ad ædificationem castrorum. Bul.
Castramētor, aris, castra loco. *Accampare*. Castrense, ad castra pertinens. *Di campo*.
Castrāre, castro, as, virilia amputare: castratio, castratura. *Castrare*. Castrare arbores, deputare. *Diradare*.
Castrāta, siliginis genus. Plin.
Castrati, propriè, quibus penis ipse cum testiculis est excisus; unde castratæ arbores, disrasæ.
Castrense peculium, filiorum familias in castris acquisitum. Castrenses vigiliæ, &c.

Castrenses, omnes ministri aulicoli, & Cæsariani milites: Castresiani verò, sacro ministerio deputati. Buleng.
Castrenses cibi, paratu faciles. Casaub. in Spart.
Castrensiani, ministeriani, ministrantes Principi in Palatio, uti solebant in castris. Pancirol. Alciat. Castrenses.
Castriani, castriciani, qui castra, quæ in limite extructa erant, tutabantur. Cod. Salm.
Castrifer, flagellifer. Glossæ.
Castro, virilia amputo. Castrator, castratus.
Castroctisia, castrorum metatio, & tributum pro ea. Castrametatio. *Accampamento*.
Castrophylax, castrorum custos.
Castros, rex apum. Isid.
Castrum, locus muris munitus. *Castello*. Castra, orum, militum tentoria. *Dove alloggiano i soldati, campo*. Castrum castello majus, minus oppido. Perott.
Castūla, palliolum, quo puellæ infrà papillas præcinguntur, perizonium, præcinctorium. Lex. Philol.
Castus, us, castimonium, castitūdo, castitas. Castimonia, castificum. Varro.
Castum Cereris, Mysteria, cum matronæ illi Deæ operabantur. Castus Cereris, & Isidis. Scal. Castus, ritus; castè, ritè. Scal.
Casūla, parva casa. *Capanna*. Item vestis sacra dicta *Pianeta*, quòd instar parvæ casæ tegat. Cathol. Pap.
Casus latinus, sextus, ablativus. Casualis declinatio, per casus. Prob. Diom.
Casus, ruina, lapsus. *Caduta, rovina*.
Cata, præpositio Græca, secundùm, aut contra. Lex. Phil. Item grex. Idem.
Catabăsis, p.c. descensus inferior, solis meatus, podex.
Catabasiæ, signa cœlitùs ad terram demissa.
Catabathynon, demersum, cavum, & profundum.
Catabaucalēsis, catabaucalismus, veterum nutricum cantio, quibus pueros sopiunt. *Nanna*. Vide Nynnion. Arben. Scal. Poet.
Catabiæ, baliste. Gloss. vet.
Catablemăta, aulæa in scenâ, quibus fabulæ argumentum depictum proponebatur.
Catabole, dejectio, fundatio.
Catabŏlus, confector bestiarius. Cataboli, confectores ferarum in ludo meridiano. Unde Catabolum, seu Catabulum. Vide.
Catabolici spiritus, infausti, & genii, qui per energumenos futura prædicebant, & eos per furorem prosternebant. Tertull. Turn.
Catabŏlus, p.c. navale, emporium. Catabŭlum. Catabōle, constitutio, solutio. Item cum quid de sublimi jacitur. Catabolitæ, qui Deorum fundamenta jaciunt. Pap.
Catabulenses, catabolenses, catabulum servantes, & qui panes exercitui præstabant. Bust l.c.
Catabulum, stabulum, clausula animalium publicæ utilitati servientium. Cerda. adv.
Catacaumum Iliacum, incendium Trojanum, in-

scri-

ſcriptio libri à Nerone ſcripti . Salm. ad Spart.
Cataceleuſmus, cantus ſpecies, uſurpati in ludis Pythicis. Poll.
Catachirotonia, condemnatio, ſuffragium contrarium; contra, Apochirotonia, abſolutio. Suid.
Catachoreuſis, cantus, quo in ludis Pythiis repræſentabatur Apollo ovans armatus. Poll.
Catachrēſis, p.p. figura; abuſio vocis, cum pro aliâ uſurpatur.
Catachyſis, p.c. inſtrumentum, quo aqua vel manibus effunditur, vel menſæ infertur; fuſio miſſilium. Rh. Item profuſio.
Catachyſmata, bellaria effuſa ſuper caput ſervi nuper empti, domum heri ingredientis; item ſponſæ domum ſponſi primùm intrantis. Poll. Ariſtoph.
Cataclaſtum, fruſtum panis benedicti. L. g.b. *Pezzo di pan benedetto.*
Cataclis, p.c. prima thoracis coſta parva. Lex. med. Cataclides, oſſa cartilaginoſa. Gorr.
Cataclyſta, veſtis undique clauſa. Apul. Item pretioſa in veſtiariis clauſa, & ſervata. Salmaſ. Item, quæ tormentis, aut preſſa refulgent ponderibus. Apul.
Cataclita, accubita ad diſcumbendum molli plumâ referta. Rh. *Letti di piume.* Cataclitum.
Cataclyſma, clyſter. Vide.
Cataclyſmata, bellaria, quæ infundebantur famulo nuper empto. Poll.
Cataclyſmus, cataclyſis; diluvium, inundatio. Varro. *Diluvio.*.
Cataclyſtus, concluſus, aſtrictus. Vide Cataclyſta. Lex. Philol.
Cataclyza, fundus vaſis. *Fondo del vaſo.*
Catacneſtis, culter, quo caſeum deradimus, ut Tyrochneſtis, quo raditur. *Coltello da grattar il caſcio.*
Catacœmeticum, aptum inducendo ſomno. Item, Epithalamium cantatum ad mediam uſque noctem: Diegerticum verò matutino tempore. *Serenata, mattinata.*
Catacōmus, qui disjectâ, aut densâ eſt comâ.
Catacoſmēſis, digeſtio rerum, & apta compoſitio.
Catacrima, catacriſis, p.c. condemnatio. *Condennagione.*
Catacriſis, condemnatio. Catacrino, condemno. Lex. Philol.
Catacruſtica, vim habentia reprimendi.
Catacrypſis, occultatio, diſſimulatio. Catacryani, libri occultorum.
Catactus, poculi convivalis genus, quod ſit fragile; catactum. Lex. Philol.
Catadactylium, puerorum corolarium, in obſcœnis. Rh.
Catadendros, locus arboribus conſitus. *Luogo pieno d'alberi.*
Catadocta, multorum cantica. Iſi. Gloſſ. fortè Cataleĉta. B. Vulc.
Catadicus, obnoxius è re judicatâ. Catadica, condemnatio.
Catadrōmus, p.c. decurſus, locus, ubi equi decurrunt imaginario prælio. *Corſo.* Item machina ſublevandis, vel demittendis oneribus; funis, funambulus. Turn.
Catadūpa, Nili cataractæ, ubi de monte cadit. Catadūpi, populi ibi habitantes.
Catadūpus, ſonitus ex corpore, quod ex alto in terram decidit. Unde Catadupa dicta. Vide.
Catæretica, quibus nimio plus caro excreſcens exteritur, & detrahitur. Tiraq.
Catagæon, apogæon, cœnaculum in imâ parte domus. Anagæon, in ſupremâ.
Catagelaſtos, ridiculus.
Catagæum, catagium, hypogæum; ædificium, locus ſubterraneus.
Cataglottiſma, oſculum obſcœnum, columbatim collabellatum. Cataglottiſmus. Item obtundens loquacitas.
Cataglyphum, catagrāphum, deſcriptio, deſignatio, dicta à pictoribus Excurtum.
Catagma, agma, oſſis fractura, ſolutio continuitatis in oſſe. Catagmatica, emplaſtra contra oſſis fracturas. L.m.
Catagnomium, ſignum, quo interiora cognoſcuntur. Catagnomonicum. Onom. med.
Catagogium, feſtum apud Epheſios. Non.
Catagogìa, navis in portum reditus. Anagogìa, exitus ejus.
Catagōſis, indumentum muliebre, fimbria. Poll.
Catagogis, veſtis genus. Calcag.
Catagrāpha, orum, imagines obliquè, & variè formatæ, ab unâ parte tantùm oſtendentes. Item opiſthographa.
Catagrāphe, lineamentum futuræ picturæ, centuriatio. Catagrāpho, as, exſcribo.
Catagraphe, perſcriptio, delineatio. Lex. Philol.
Catagrāphum, linum picturatum, textile. Cæſul. Cerda.
Catagrāphus, notatus lineis, vel punctis. Catagrāphus, linum, linteum variè depictum. Cerda. Muretus.
Catagūſa, ſimulacrum æreum Praxitelis. Plin.
Cataiſium, pars navis. Lex. Tact.
Catalālus, maledicus obtrectator. *Maldicente.*
Catalecta, appendices, additamenta.
Cataleĉticum carmen, catalectum, pendulum; cui ad perfectionem in fine una deeſt ſyllaba. Acataleĉticum, acatalectum, perfectum. Brachycatalectum, cui deſunt duæ. Hypercataleĉticum, Hypermetrum, cui ſupereſt una.
Catalepſis, comprehenſio, adoptio, inventio. Item affectio, poſteriorem partem cerebri infeſtans, deperdito ſenſu viſus, apertis palpebris. Lex. med.
Catalima, refectio, diverſorium. Lege Cataly.
Cataleptica, comprehendendi facultate prædita.
Catalēxis, finis, clauſula. *Fine, clauſula.*
Catallāge, commutatio. *Cambio.* Reconciliatio. Catallactica, conciliatu facilia. Catallactes, collybiſta. Nicet. *Cambiatore.*
Catalōgi, milites in album relati juniorum, quaſi

delecti . *Soldati nuovi, aggiunti.*
Catalŏgus, enumeratio, series, tabulæ eorum, qui ſtipendia merent. Catalŏgus, qui facit. Catalogia, enumeratio.
Catalotica, medicamenta, quæ cicatrices comedendo æquant. Lex.med.
Catalyſis, diſſolutio, everſio.
Catamaiti, ergaſtulum. Iſid. Gloſſ. Catomum.
Catamānе, circa mane, matutinum tempus. Voc. Eccl. Cath.
Catamidiātus, deriſui per theatrum omnibus expoſitus. Catamidiāre, cathomidiari, chriſographare, traducere. *Mettere in berlina.*
Catamidio, as, derideo, ludibrio habeo. Lex. Philol.
Catamitus, p. p. puer meritorius, quo quis abutitur, Ganymedes. Gloſſ. Catamithus.
Catamontem, cœli aſpectum. Iſid. Gloſſ.
Catampo, ludi genus. Feſt. *Catambo*. Scal. Catampon. Alciat.
Catanance, herba Theſſala ad amorem veneficiis cogens, in fabuloſis, & maritimis naſcens. H. O.
Catandrologia, collectio viritim facta.
Catanancophori, rerum neceſſitate in ſervitutem delati. Dalech.
Cataniptes, qui peplum Palladis infra ſordidatum abluebat. Item ſacrificium ejus.
Catanoēma, commentum, remedium excogitatum.
Catanotium, pallium. Lex.g.b.
Catapaſmata, medicamenta arida ex ſicco pulvere. Vide Gorr. Xerium.
Catapaſmus, parva defrictio cum quadam lenitate. Aurel. L.m. *Frega.*
Catapaſta, medicamenta, quibus utimur aſpergentes, inſperſilia. Catapaſtum, ex pluribus compoſitum. Lex.m. Tiraq.
Catapetaſma, velum obtentum, quod arceat conſpectum: item, cataſtromăta, tapetia in terrâ, quæ calcantur. *Tapeti da tenere in terra.*
Catapetaſmata, tapetia viliora, quibus pavimentum tegitur. Peripetaſmata, ſeu periſtromata, quibus parietes: cataſtromata, quibus pavimentum ſuperius. Pont. Dial.
Cataphragma, munimentum. *Munitione.*
Cataphŏra, lapſus, ſomnolentia gravis. Cataphoricus ſomnus, profundus. Lex. m. *Sonno profondo.*
Cataphora, excurſus præcedens confirmationem; epiphora, ſubſequens. Voſſius.
Cataphracta, deligaturæ nomen. Galen. Gorr.
Cataphractus, clibanarius, cataphractarius, circumquaque armis munitus. Cataphracta navis, undique munita. Cataphracta lorica, thorax militaris. *Corazza.*
Cataphronēſis, contemptio.
Cataphronicus, contumax, ſuperbus. Cath.
Cataphyſis, p.c. herba pulicaris.
Catapirateria, catapirātes, bolis, linea cum plumbi maſsâ, quâ maris altitudo exploratur. *Scandaglio.* Turn.
Catapiſtōſis, fiduciæ, & ſecuritatis contractus, factus inter eos, quibus incomperta eſt utrinque fides.
Cataplaſtum, cujus illinitio medicamentum eſt.
Cataplaſma, medicamentum molle, quod illinitur. *Empiaſtro.* Emplaſtrum, ſive malagma, ex aliquo farinæ genere, & unctuoſo. Cataplaſmāre, emplaſtro linire. Lex.med.
Cataplectatio, injuria facta verbis. Cath. Lex. Phil.
Cataplexis, horror, admiratio, obſtupefactio. Cataplecto, obſtupefacio. Lex. Philol.
Cataploos, cataplus, navigatio, portus, frequens claſſis, appulſus navium ad portum. Sidon. Item commeatus. *Flotta.* Commeatus.
Catapŏdes, iiſdem veſtigiis ſubſequentes.
Catapŏnos, labore defatigatus. *Stanco.*
Catapŏſis, deglutitio cibi, potuſque ab ore in ventriculum.
Catapotes, guttur. *Gola.*
Catapotium, gongylius, medicamentum, quod deglutiendo ſumitur; Pilula. Lex.m.
Cataprorātes, bolis, quòd de prora demitti ſoleat ad explorandum fundum, mariſque altitudinem. Jun. Vide Catapirateriâ.
Cataptōſis, non eſt morbus, ſed ſymptoma comitialium: Lex.med.
Catapulta, machina bellica, quâ tela, & ſaxa excutiuntur; Balliſta, ſaxa tantùm. Item inſtrum. tortorium.
Cataptromantia, divinatio, quæ fit per ſpeculum.
Catapultarium pilum, ſagitta è catapultâ.
Catapuĕra, docta puella. Cath.
Catapygos, p.p. cinædus, ſcortillum, digitus infamis, verpus; hunc enim digitum anulo non ornabant antiqui.
Catapygosine, abominanda libido. *Libidine nefanda.*
Catara, execratio, ut, Dii te perdant. Fig.
Catarrhactæ, Cataractæ, fores pendulæ ex ligno, ferrove. *Saracineſca.* Item aquæ ex alto defluentes. Item aves.
Catarractus, pons, Apobathra, pons per quem è terra in navim, & è navi in terram egredimur. Cerda. *Ponte levatoio.*
Cataracta, cataractes, ſuffuſio, aqua inter uveam, & cryſtallinum humorem coagulata, prohibens viſum. Lex.med.
Catarātos, maledictus, ſacer. *Maledetto.*
Catargmăta, primitiæ, luſtratio ex primitiis frugum.
Catargumĕna, medicamenta purgantia.
Catarrhizos, radices terræ infixas habens.
Catharrhus, defluxus multorum humorum per nares, & palatum. Lex.m. Coryza, & gravedo, nares tantùm infeſtat: Branchus, guttur: quæ omnes dictæ, diſtillationes apud medicos. *Catarro.* Item, Catarrhus, omne inſtrumentum, unde aqua defluit. Cantarus, aliis. Vide Alciati Parerga.
Catarrhytus, p. c. irriguus, juxta rivos, qui defluente humore rigatur. *Bagnato.* Catarrhoëticus,

ticus, distillationibus obnoxius, *Catarroso*.
Catarsia, sacra expiatoria, sive Catharsia, Cathæro expurgo. Catharsion, expurgatorium, expiatorium. Lex. Philol.
Catartismus, translatio ossium à sede non naturali in naturalem. Gorr.
Cataſarca, Anasarca, hydropis species. Item, instratum aliquod sacræ mensæ. Lex. g. b.
Cataſcaphilos, qui dedecori est amicis. Lex. Phil.
Cataſcēue, structura, artificium, orationis apparatus, suppellex. Item, confirmatio propositæ rei. Anascеue, contra. Isid.
Cataſcenōsis, p. p. tabernaculorum collocatio.
Cataſchesis, dispositio, quæ facilè discutitur, contraria hecticæ. Lex. med.
Cataſcopium, navigium speculatorium, *Fregata*. Cataſcōpus, speculator, *Spia*.
Cataſta, locus eminens, ubi damnati publicè plectuntur, *Palco*. Gallon. Item, ubi servi venales. Lectus ferreus. Isid. Glosl. Item, lignorum strues, *Catasta*.
Cataſta, machina lignea, longaque, compedis forma, servis venalitiis injecta; unde servi dicti Catasti, Rader.
Cataſtagmus, gravedo cum tussi nares claudens. Lex. m. Constitutio.
Cataſtāsis, luxati corporis in locum restitutio, tranquillitas status, constitutio.
Cataſtāton, pultis genus.
Cataſtasis, virgo, ac status fabulæ, in quâ res miscetur in eâ fortunæ tempestate, in quam subducta est. Scal. Poet.
Cataſtēma, constitutio, habitus.
Cataſtictos, tunica figuris animalium, aut floribus intexta, tapetia belluata. Tiraq.
Cataſtrōma, p. p. transtra, navis pars, ubi nautæ discurrunt, unde pugnant, *Balestiere*. Item, tegumentum, tabulatum superius. *Soffitto*.
Cataſtrōphe, devastatio, cujusque rei exitus, conversio rerum: Fabulæ pars extrema.
Cataſtrōsis, constratio, prostratio.
Cataſtrum, liber, in quo tributa, & census æstimari solent. Barth.
Cataſtus, servus venalitius à catastâ dictus, seu compede. Brod.
Cataſtromāta, catapetasmāta, tapetia in terra, quæ calcantur.
Catatāsis, ad inferiora corpora tractio. Lex. m.
Catatechnos, artificiosus, semper sui calumniator, neque finem habens diligentiæ. Texitechnos. Lex. Philol.
Catatherismus, urinæ per fistulam urinariam detractio. L. m.
Catathemāte se vincit, qui cum excommunicato communicat. Justin.
Catathesia, repositoria. Pall.
Catatōnum, vehementer tensum. Homotonum, æqualiter. Vitr. Lex. Philol.
Catatypōsis, p. p. cum aliquid ad typum, seu formam alterius describitur, *Copia*.
Catauleōsis, p. p. exercitatio somnandi.
Catax, claudus, coxus. Isid. Glosl. Fest. Cloppus.
Cataxa, sericum crudum, *Seta cruda*. Gorr.
Cataxis, fractio. Gorr.
Catè, cautè, astutè, *Astutamente*. Plaut. Cautor Vide.
Catechesis, p. p. catechismus, institutio, instructio rerum sacrarum vivâ voce, *Dottrina Christiana*. Catechumeni, dicti], qui ita instructi.
Cathētes, qui prima rudimenta præbet.
Catechizo, in rebus sacris instituo. Catechistæ, qui mox baptizandos fidei arcana vivâ voce docebant, scilicet Catechumenos.
Catechistĭcum, ad prima rudimenta pertinens.
Catechumēna, catechumenea, locus ubi eruditbantur.
Catechumēnum, catechumenìa, ubi tabulæ catecheticæ asservabantur.
Catechumēni, nondum initiati, sed primis religionis nostræ elementis imbuti à catechistis. Catechumena, quæ eruditur. Lex. Philol.
Catechuntes, loci dissonantes. Vitr.
Categoria, categorēma, accusatio: prædicamentum, apud Dialecticos. Categōro, categorizo, prædico, dico. Cath. Categorematica vox, per se aliquid significans.
Cateja, teli genus, quod jactum retrahi potest.
Catellus, catellūlus, catulus, parvus canis, *Cagnolino*. Catellus Melitæus. *Cagnolino di dame*.
Catēna, vinculum ferreum, *Catena*. Catella, catenūla, parva catena, *Catenella*.
Catēnæ, lignea vincula, quibus asseres trabibus affiguntur. Vitr. *Catene*.
Catenāre, catenis ligare, catenātus, catenarius, catenatio, *Incatenare*.
Catenūla, catella, parva catena. Catellum. Plaut. *Catenella*.
Catenopolium, p. p. modulationis genus, ad quod saltabant concutientes arma.
Catepāni, redemptores supremi vectigalium, qui sub se habebant Practoras, idest, exactores. Lex. g. b.
Catericton, legumen fresum, & contusum. Aristoph. *Legume franto*.
Catĕre, quatere. Plam. *Sbattere*.
Catergoetisa, tributum ad triremes. Buleng.
Catervarius, qui est in catervâ, *Unito in frotta*. Isidor. Glosl. Catervatim, per catervas, *In frotta*.
Caterva, Galloruim legio, *Compagnia*. Numerus peditum armatorum, *Banda*.
Cathagismus, parentalia, quæ adolebantur in modum sacrificii pro mortuis.
Cathærĕsis, damnatio, degradatio.
Cathaptici sermones, quibus aliquem perstringimus, mordaces.
Cathari, hæretici ob puritatem, quâ falsò gloriabantur. Isid.
Catharmăta, purgamenta, hostiæ piaculares; homo sacer, seu sceleſtus, qui pro populo in peste calamitateve publicâ piacularis mactabatur.

Ca-

Catharmon, tale genus expiationis.
Catharsia, sacra quædam, & porcelli, quibus Athenis conciones, & theatra lustrabantur. Rh.
Catharsi, purgatio.
Catharsium, purificatio, expiatio, insularum, urbium, exercituum, minutis porcellis. Perisiarchi, qui id faciebant.
Cathartica, medicamenta purgantia. Acathartica, contra, non purgantia.
Catharticum rosatum, electuarium rosatum. Mesue.
Cathărus, purus, mundus. Cerda.
Cathectica, facultas in recipiendis, & deorsum mittendis cibariis confectis à mandibulis in ore.
Cathēcum, officium, quod cur factum sit, ratio reddi potest. Suid.
Cathĕdra, sella. Cathedrarii, philosophi in cathĕdrâ garrientes. Item, molliculi. Rh. Cathedrātus, cathedraticus, cathedraticum jus, quod ratione cathedræ Episcopalis debetur in Synodo. Rebuf.
Cathedralitii, servi in cathedrâ herum portantes. Item, effœminati, cathedræ dediti. Turn.
Cathedrarius, in cathedra sedens, docens, umbratilis. Lex. Philol.
Cathedraticum, quod clerici Episcopo suo pendunt cathedralis honoris causâ; Synodaticum, aliis dictum. Schar. L. J. C.
Cathĕma, p. c. monile ex variis gemmis in pectus mulierum dependens, torques. Tiraq.
Cathemerina, quotidiana, quæ quotidiè eveniunt. Prud.
Cathemerobii, qui in diem vivunt, atque ex tempore, non solliciti de crastino.
Cathemerina, febris quotidiana; amphemerina. Lex. m.
Cathena, vide catena.
Cathenaticum, quod cathenarum nomine Commentariensi traditur; ut, Pulveraticum, agrimensori; Septiaticum, notario; ex sepiâ enim tinctura, seu atramentum fiebat. Cod. ll. antiq.
Catharisis, degradatio, pœna major Ecclesiastica, *Degradazione*. Minor, Aphorismus. L. J. C.
Catharitica, corrodentia medicamenta, excrescentiam carnis ulceribus detrahentia. Lex. Med.
Catharesis, detractio. Gorr.
Catharica, medicamenta; Hypelata, dejectoria, dicta, quibus renes, & vesica purgantur. Lex. m. Catheristica, determinativa. Cath.
Cathĕter, p. c. monile muliebre. Item, ænea fistula. Instrumentum chirurgicum, quo urina elicitur. L. m. *Siringa*. Item, redimiculum. B. Vulc.
Catheterismus, urinæ provocatio per fistulam urinalem. Onom. med.
Cathetis, catenæ genus, quo fœminæ utuntur. Tirag.
Cathĕtus, p. c. linea normalis, perpendiculum, *Cateto*. Linea piscatoria. Altitudo perpendicularis. Cathetes.
Cathisma, una ex xx. partibus, in quas dividitur Psalterium. Lex. g. b. sectio. Lex. Philol.
Cathmæa, terra, quæ in æs convertitur, ut fiat aurichalcum.
Cathŏdus, descensus, migratio ex aliquo loco.
Catholiciāni, præfecti Prætorio, apparitores Orientis. Alciat. Rationum præfecti, generales.
Catholicus, universalis, circa omnia versans. Item consularis dignitas Ecclesiastica. Glossæ. g. b. Catholica epistola, nulli certæ personæ, aut populo scripta.
Catholicum, medicamentum omnibus humoribus vacuandis perutile. Diacatholicum.
Cathōmi, virgæ ferreæ. Voc. Ecc. Pap., melius, Catōmi. Vide.
Cathōnes, portus in mari interiores, facti arte, & manu. Fest.
Cathypnus, alto somno oppressus.
Catiacriani, libri contra usum. Marc. Don.
Catiсteria, sacrificia ob reditum.
Catigēra, rector, doctor. Pap. *Rettore*.
Catillāre, catinos lingere, per alienas domus gyrare, *Leccare i catini*. Plaut. Catillatio, onis.
Catillatio, spoliatio Provinciarum, probri loco generosis objecta, quòd earum bona ligurissent. Fest.
Catillam, doctrinam. Sup.
Catillo, as, catinos lingo, *Leccare i piatti*. Unde, Catillo, &c. Vide.
Catillo, onis, catilo, qui catillos lingit, gulosus, liguritor, sive, Catianum palatum, *Lecca sagliери*.
Catillus, cupediæ genus; unde, Catillo. Dalech.
Catillus, pars superior molæ. Meta, inferior. Item, parvus catinus, *Catinella*. Item, vas escarium. Catillum, ligneum vas escarium, *Catin di legno*.
Catilo, piscis lupus. Lucil.
Catinum, catīnus, p. p. vas escarium grande, pultarium jurulentorum, *Catino*. Lex, assorum. Catillus, catillum, catinēllus, catinus parvus, vas escarium, *Catinetto*.
Catlaster, catulaster. Catlum, catulum. Salmas.
Cato, sapiens, cautus, grandior catulus, & puer.
Catoblĕpas, animal tauro simile in Æthiopia, visu necans homines, caput in terram dejectum ferens. Plin.
Catŏblepe, qui capite est in terram demisso, *chi sta à capo chino*.
Catobolici, spiritus, qui per energumenos futura prædicebant. Tertul.
Catŏcha, pars quæ ferream manum ita cohibet in balista, ut nervi intenti vim totam sustineant, nec à loco dimoveantur. Bald.
Catŏche, possessio. Item, catochus, morbus veter-

veterno similis, vigilans sopor, faseia faciei, & capitis. L. m. Item, detentio animæ, & raptus linquens corpus sine sensu.
Catŏchi, prominentes pinnæ, quæ vertebris infiguntur. Gorr.
Catochites, gemmæ genus. Plin.
Catŏchus, captio insensibilis animæ. Onom.
Cathŏchus, in somnum, sed sine somno, & febre propensio. Gorr. Item, fascia longior, quæ in orbem faciei, & capiti circumdatur.
Catocœlia, inferior venter. *Ventre da basso*.
Catœcesìa, facta, quæ quis quotannis celebrat eo die, quo quis habitatum venerat.
Catœcesion, locus ubi quis habitat.
Catœcēsis, reductio domum.
Catœcisinus, collocatio in ædibus, seu domicilio. Catœcus, incola, *Habitante*.
Catogæum, domicilium subterraneum, *Stanza sotto terra*.
Catomadior, qui humeris fertur, *Portato su le spalle*.
Catomain, ergastulum. Isid. Gloss.
Catomari, catomis cædi, id est, humeris, seu in humeros alterius levari, ut more puerorum in natibus quis vapulet. Corn. à Lapide in Matth.
Catombros, imbre madens.
Catomismus, modus reponendi humeri prolapsi. Gorr. Item, sublatio in humeros.
Catomismus, sublatio in humeros, peculiariter de chirurgis, cum reponunt humerum luxatum. Ita de pueris, cum cæduntur.
Catomistes, equus sessorem ab humeris excutiens.
Catomium, vinculum, & catena; cervicis commissura. Glossæ. A. L. Catomio suspendi, cervice deorsum.
Catomidiare, cædere. Catomidiari, catomis verberari, natibus, ut pueri solent. Cerda.
Catomum, vinculum, & catena. Catomium. Vide.
Catōmus, demissis humeris, *Spalle basse*.
Catonaces, vestis servilis, brevis, cui ab inferiori parte assutæ nacæ, quæ nauci non sunt: Nacæ enim pelles cum suo villo.
Catōnes, cathōnes, portus in mari inferiores, arte facti, & manu. Fest.
Catonium, orcus, inferni, barathrum.
Catopegium, pessulus. Monos, *Chiavistello*.
Catopter, Eradiastŏle, instrumentum, quo anum diducunt, sed aut inflammatâ, aut angustiatâ.
Catoptice, cum deorsum. Anoptice, cum sursum. Optice, cum in rectum dirigitur oculorum acies: doctrina de visu.
Catoptrice, pars Opticæ reflexiones deprehendens.
Catoptromantìa, divinatio per speculum.
Catoptron, speculum, inter ornamenta mulierum positum. Poll. *Specchio*.
Catoptropœus, qui facit specula, *Occhialaro, chi gli fà*.
Catoptropōla, qui vendit specula, conspicilia, *Occhialaro, che gli vende*.
Catopyrites, gemmæ genus. Plin.
Catoreticа, alvum cientia. Uretica, urinam cientia.
Catorthōma, p. p. res fœliciter gesta, opus virtutis rectum, officium perfectum. Catorthōsis, recta affectio. Catorthomaticum, spectans ad officium perfectum.
Catorthotomatici libri, docentes perfectum hominis officium.
Catotherica medicamenta, dicta Hypelata, dejectoria per inferiora, quibus renes, & vesica purgantur. Lex. med. *Medicamenti, che purgano da basso*.
Catricŭla, fucus. Isid. Gloss. *Belletto*.
Catrogāre, scato rigare, seu melius, Catomidiare. Vide.
Catrophilon, fastidium cibi. Pap.
Caroterica, pharmaca, quæ purgant per infernum ventrem. Gell.
Catoxynostēma, peracutus morbus, qui intra septimum dijudicatur. Gorr.
Cattæ, naves Mediæ quædam sic dictæ. Gell.
Catti, montes, & aggesta è terrâ. Lips. Cautiæ.
Cattaria, herba felis odorata, *Gattaria*. H. P.
Cattus, felis. Gesnerus. Catta. Voc. Eccl. *Gatta*. Item, machinæ genus.
Cattymăta, coria duriora, soleis suppacta, *Suole, tacconi*. Item, Sutelæ, doli. Rh. *Inganni*.
Catulaster, catulus, *Cagnolino*. Catuli imitator, adolescentulus. Item, puer exoletus. Cerda.
Catŭli, canum, & animalium fœtus.
Catuliens lupa, scortum pruriens.
Catulinum, quod est ex catulo: caninum, *Di cane*. Sup. Catulina caro, canina caro, caro canis, *Carne di cane*. Scal.
Catulire, caullire, gestire, & coitum maris appetere, quod est mulierum. Subare, hominum: de canibus, Catulio: de equis, Equio: de tauris, Taurio: de suibus, subo. Lex. Philol.
Catulitio, canum Venus; catuliunt canes, Venerem appetentes, *Quando sono in amore*.
Catulotica, cicatrices inducentia. Tiraq. *Che saldano*.
Catulus, vinculum, *Ferro da piedi*; quod interdum, canis dicitur. Fest. Item, canis filiolus, aut cujusvis animalis. Item, vinculi genus, dictum & canis.
Catunæ, tentoria; catunotopium, tentoriorum locus, castra. Lex. g. b.
Catus, sagax, astutus, *Accorto*. Item, catus, animal muriceps, *Gatto*.
Cava, foramen, in quo aves nidificant. Plin.
Cavatōres, gemmarum sculptores. Cavitarii, cabitarii. Glossæ. Salmas.
Cavædium, cavum ædium, cava ædium. Impluvium, locus sub dio, vacuus, cinctus porticibus, *Corte, chiostro, cortile*; si testudina-

dinatum, anditum, cavamen.
Caucālis, herba umbellifera, fœniculo similis. H.P. Item, petroselinum sylvestre.
Caucalium, Baucalium, vas potorium à sono dictum, quem edit, *Boccale*.
Caucarii, testes obducti, falsi. A. Bonf.
Cauchæ, campi, quos Tigris fluvius secat.
Cauculatōres, caucolarii, caucularii; incantatores, præstigiatores. Cauculātor, caucus, cyathus, acetabulum. Cauculi, calculi. Idem, Salmas. Cauculōnes, calculones. Vide.
Caucūlus, pedisequus, qui datur comes pueris. Anast. Item, vitium in pedibus accipitrum.
Caucus, caucātus. Cauca, potorii vasis genus. Baucus. Pap. Caveus, cavum. Spart. Sirmund. ad Ennod. *Bicchiere*. Cauca, Bauca, Baucar, Baucal, Baucale. Salm.
Caucum, herbæ genus.
Cauda, coda, pars posterior pendens. Item, membrum virile. Cauda pavonis conchata, cum pavo eam surrigit. Jun. Caudatus, codatus, codâ ornatus.
Caudacus, suavis, mansuetus.
Caudani, ultimani, ultimi in acie, *Retroguardia*. Leo Tact.
Caudēta, caudeca, cistella ex junco ad similitudinem caudæ equinæ. Fest. L. J. C. Schar.
Caudeus, ex caudice, seu caudâ, *Fatto di tronco di albero*.
Caudex, codex, truncus fruticum cum frondibus arborum, & caulis herbarum, *Tronco, fusto*. Item plurium tabularum contextus; unde, codices, quasi caudices. Item, servorum supplicium.
Caudicalis, ad scindendos caudices idoneus: caudicarius.
Caudicariæ naves, ex tabulis crassioribus, quæ commeatum portant: caudicæ. Salust. Gell.
Caudicarii, amnici, codicarii, navicularii. Caudicenum, constans è crassis tabulis.
Cavea, locus sub terrâ vacuus, *Caneva*. Item, ferarum latibulum, *Gabbia*. Item, area in medio theatri.
Caveo, prospicio diligenter, *Schifare, guardare*. Cautor, qui cavet. Cautio, cautionalis, cautela, cautè, &c.
Cavēna, cavea, cella, in quâ frumentum, vinum, oleum, &c. reponuntur, *Caneva*. Lex. J. C.
Caveōla, parva cavea, spelunca ferarum. Sup. *Tanella*.
Caverna, specus, antrum subterraneum, *Caverna*. Cavernæ, mortariola dentium. Jun. Cavernōsum, cavernis plenum. Cavernicūla, cavernūla, parva caverna, *Cavernetta*.
Caveum, vas potorium. Marc. Don. *Vase da bere*.
Caviar, pars hostiæ, caudâ tenus. Scal.
Caviariæ hostiæ, caviāres, partes cavæ, caudâ tenus, in sacrificio quotannis pro collegio Pontificum. Fest.

Cavile, cavea, convallis. Varro.
Cavilla, cavillum, cavillus, fraus jocosa, *Burla, inganno*. Item, clavus ligneus. Cath. Cavillatio, cavillātor.
Cavillare, cavere. Tertull. Calumniosè agere, decipere.
Cavillatio, frustratio, deceptio, *Sorpresa*. Captiosa ratiocinatio, L. J. C.
Cavilla, unde causa, à cavendo. Voss.
Cavillor, aris, jocosè ludo, *Beffare, ingannare*.
Cavitio, cautio. Cavita, cauta. Plaut.
Caula, cavium, ovium receptaculum, cavea, & aliorum animalium septum, foramen, meatus, *Stalla*. In sacris ædibus, & tribunalibus septum turbis prohibendis.
Caula, cancellum ante judicem. Caules, cancelli ante tribunal, ubi sunt advocati. Isid. Gloss.
Caulæ, foramina, pori, meatus. Lucr. Caullæ, cavillæ, quæ cava. Varr. Scal.
Cauledon, curatio fractionis per transversum facta. Raphanedon, sycyedon, schydacedon, calamedon, alphitedon, variæ ossium fracturarum curationes. Manard.
Caules, cancelli tribunalis. Isid. Gloss.
Caulescit, caulem, seu virgam facit, *Fa tallo, è gambo*.
Cauli, caulicāli, ramusculi. Caulicūlus, parvus caulis, *Tallocello*.
Caulias, ex caule succus laserpitii. *Sugo de cavoli*.
Cauliator, cavillator: antiq. Lips.
Caulis, stipes herbarum, *Gambo dell' herba*. Cauliculus, dimin. *Gambetto*. Item, quodlibet hastile, & olus.
Caulis, calamus in pennis volucrum extra cutem, ex quo plumea lanugo erumpit, *Costa*. Item in caudis animalium id, unde pili nascuntur. Item membrum virile. Composita, unicaulis, multicaulis, &c. *Di uno, è più gambe*.
Caulōdes, brassica lata, habens folia è caule exeuntia.
Caulos, pudendum virile. Lex. m.
Caumasia, pileus latus ad æstum solis arcendum è causiâ, *Capello largo per il Sole*.
Cauma, calor, incendium, *Calore*. Febris, cauterium.
Caumāta, dies anni ferventissimi. Casaub. Lex. Philol.
Caumelacium, pilei genus, causia ad arcendum æstum, aliasque cœli injurias. Camelaucium. Vide. Lex. Philol.
Caunāce, vestis pellicea. Caunācis, vestis Babyloniorum, *Veste di pelle*. Calcag.
Cauneas, cave ne eas. Antiq. Scal.
Cauniæ, Caneæ, fici genus minutum, *Fichetti*.
Cauno, negociator; Caunus, caballus. Pap.
Cavo, as, cavum facio, *Cavare, votare*. Cavi, cavātus, cavatīcus, cavātor, qui cavat, *Cavatore*. Cavo, is, pro Caveo, antiq.

Ca-

Cavoſitates, fiſſuræ, caveæ. Tertul.
Caupillus, lignum cavatum, quaſi cumba, lembus, carabus brevis; *Cumba*; navicula, pars navis. Gloſſ. Cod. ll. antiq.
Caupa, copa, caupōna, mulier, quæ vinum, & eſculenta vendit, *Hoſteſſa*. Item, ipſa taberna vinaria, *Hoſteria, taverna*.
Caupilus, navicula brevis. Gloſſ. Item, cyathus, ſcyphus, phiala. Lex. Philol.
Cauponāri, cauponariam exercere, aut re aliquâ abuti lucri causâ, *Far hoſteria*.
Cauponaria, ars cauponandi. Cauponius puer, qui ſervit cauponæ, *Servitor d'hoſte*. Cauponarium, ad cauponam ſpectans.
Cauponŭla, parva caupona, *Hoſterietta*.
Caupo, ōnis, copo, eſculentorum, & poculentorum venditor, *Hoſte*.
Cauponatim, per fraudem, more cauponum.
Cauponium, caupona, & ad cauponam ſpectans. Caupōnarius, copo, caupo. Sup.
Caupŭlus, caupŏlus, navicula brevis, & velox. Gloſſ. Sidon.
Caurit panther amans, & in Venerem propenſus: à Caurio, is.
Caŭriones, feſta officia. Gloſſæ vet.
Caurus, ventus ab occaſu flans: Corus.
Cauſa, occaſio, ratio, origo. Apud Medicos; alia procathartica, ideſt, conjuncta, ſive continens; alia præcedens, ſive interna, &c. Apud Juriſconſultos, principium negotii. Apud Rhetores, deliberativa, judicialis, & demonſtrativa. Cauſſa meliùs, à caviſſa. Voſſ.
Cauſari, cauſam dicere, excuſare, defendere, calumniari. Pap.
Cauſari, rei geſtæ cauſam, ſive excuſationem afferre, defendere ſe.
Cauſaria liberalitas, cui caſus aliquis, aut calamitas dedit cauſam; ut cauſaria miſſio. Caſaub. in Spart.
Cauſarii milites, militiâ ſoluti, morbo, aut debilitate affecti. Hinc, Cauſaria miſſio, quâ milites ſolvuntur à juramento. Cauſariè. Cauſarius, litis amator. Pap. Item, egenus, qui decoxit. Salm.
Cauſarii, qui propter valetudinem, aut ſenium dimiſſi.
Cauſarius, reus, qui cauſam habet, de quâ in judicio diſceptatur. Cauſarius, litis amator. Cauſarius locus, de quo quis queritur. Cauſarius homo, qui morbo tentatur. Salm. ad Spart.
Cauſarius, reus. Iſid. Gloſſ. Item, valetudinarium. Item, litis amator. Iſid. Gloſſ. Item, dans mali cauſam. Plin. Cauſatio, excuſatio, prætextuſque. Cauſatiùs. Adv.
Cauſator, litigator. Cauſaticus. Cod. ll. antiq.
Cauſeum, Cauſia, Cauſea, tegmen regium capitis aptum calori: Macedonicum, ad arcendum Solem. Item, Meſſorum pileus, *Cappello da Sole*. Item, Cardinalium, qui dicti Cauſſati patres.
Cauſidicīna, codex. Item, cauſidicorum, & advocatorum munus. Sym. Juridicīna, judicum munus.
Cauſidĭcus, qui cauſas dicit, & verſatur in illis; patronus, actor cauſarum.
Cauſifĭcus, qui cauſas facit.
Cauſificor, cauſam dico, jure diſcepto.
Causīma, ligna igni deſtinata; Ergasina, operibus. Rh. *Da bruciare, da lavorare*.
Cauſo, as, cauſor, āris, *Aſſegnar ragione, è cauſa*. Vide Cauſor.
Causōdes, febris ardens. Celſ. Lex. m. *Ardore, infiammatione*.
Cauſoma, inflammatio. Hipp.
Cauſon, æſtus febris, *Febre calda*. Cauſos, incendioſus, febris ardens. Meſue.
Cauſterium, cauterium, locus, ubi inuruntur ſtigmata. Item, inſtrumentum, quo notæ imprimuntur, *Luogo, è ferro da marchiare, è bollare*.
Cauſtĭca, cauteria, eſcharotica, inurendi vim habentia, uſtiva. *Aduſtivi*. Lex. m. cauſtica ſpuma, lixivium, ſpuma Batava. Jun.
Cauſton, uſtibile. Cauſtum, uſtile, *Coſa che s'abbruggia facilmente*.
Cauſula, parva cauſa. Cat. *Cauſetta*.
Cauſus, febris ardens, continua, tertio quoque die exacerbatior. Jun. *Febre grande*.
Cauta, carthulæ, in quibus eorum deſcripta ſunt nomina, qui excuſationem jure ſui officii habent. Recauta verò apochæ, & confeſſiones, quibus ſatisfactum ſibi creditor affirmat. Rebuf.
Cautamiæ, vide Cidanæ.
Cautela, cautio. Vide. Securitas, tacita hypotheca, obligatio. L. J. C.
Cauter, ēris. Vide, cauterium.
Cauteriāre, cauterio inurere, damnare, cauterizare. *Fare un cauterio, è incendere*. Cauterizo. Cath.
Cauterium, cauter, ferrum candens urendi vim habens ad putridas carnes adurendasq. Item, ſtigma, & locus ſtigmatis, *Cauterio*.
Cautēres, cauteria. Pallad. Cauteriata conſcientia, ſimulatione corrupta.
Cohircinatio, hircina laſcivia. Apul.
Cohivum, calyx roſæ clauſæ. Conivum. Turn. *Bottone di roſa*.
Cohorreo, cohorreſco, magno horrore afficior. *Inhorridirſi*.
Cohors, multitudo militum peditum. *Compagnia*

Digitized by Google

di fanti à piedi. Turma verò equitum. Item, familia. Item, locus in villâ gallinarum cohortalium; unde, cohortales gallinæ: chors, cors, cortis. *Corte*. Item, comites, & socii negotiorum gerendorum. Lex.

Cohortalinus, qui ordini adscriptus Palatinæ militiæ. Casaub. Cohortalis gallina. Apparitor. Buleng.

Cohorticŭla, parva chors. *Corticella*.

Cohortarent, cohortarentur. Quadrig. à cohortor, aris, suadeo. *Esfortare*.

Cohostio, simul hostio, æquo. Cath. vide, Hostio, as.

Cohoum, lorum remonis: Cœlum, poeticè. Fest. Cohum. Cath.

Coibiliùs, majori cohærentia. Apul. Item, coactiùs. *Più strettamente*. Gell.

Coincidentia, affectus oculorum. Gal. Item, simul cadentia. Cath.

Coindicantia, in morbis prima indicia. Gloss. Gotth.

Conquinare, coinquinare. *Imbrattare*. Vide, Conquinisco.

Coinquere arbores, coercere, deputare, putare. Scal, Fest. Vide, Anquere.

Coinqueo, conqueo, conquiro, deputo. Fest. Suspicor, coinquino, decubo. Coinquinisco, Vide,

Coinquere, conquinire, decubare. Scal.

Cois, coa, vestis genus subtilissimæ. *Veste sottilissima*.

Coitus, conjunctio, cœtus. Lucr. Coitus Lunæ, novilunium: coitio, coibile. Coitium, comitium, antiq. à, coire. Vide,

Cojux, conjux: cuctus, cunctus, antiq. Scal.

Coix, stirps, cujus folia ad textum utilia, similia juncis. Item, vas farinarium, ex arborum corticibus. Poll.

Cola, prælum uvæ. Item, vasa ad colandum. *Colatoi*. Item, membra longiora in homine à thorace separata, ut brachia, &c. L. m. Vide Colum. Item, partes victimarum. Stuch.

Cola, in charta partes agglutinatæ, quas scapos vocabant; unde regiæ chartæ, macrocolæ dictæ Scal. Lex. Philol.

Colabrismus, saltationis genus petulantis, & lascivæ, similis Pyrrhicæ, ex Polluce. Casaub. Athen. Colabri, versus obscœni.

Cŏlabus, collabus, placentæ species; parva bucella. Suid.

Colăces, adulatores. Colax, adulator. *Adulatore*. Colacia, adulatio. *Adulatione*.

Colacides, mulierculæ in aulis Regum, & Principum, quæ Reginis currum ascendentibus, aut de curru descendentibus, dorsum scalæ loco subjiciebant. L. g. l. Assentatrices.

Colacritæ, qui pecuniæ præerant ad res divinas erogandæ, & judicibus distribuendæ. Meliùs, Colacrētæ. Rh.

Colaphisma, plaga pugno inflicta. Item, ludi genus per colaphos. Colaphizo, as, colaphos impingo. *Schiaffeggiare*.

Colăphus, colăphum, alapa. *Guanciata, mostaccione*. Ille, manu contractâ; hæc, explicatâ fit. Vide, Alapa.

Colapter, instrumentum lapicidarum malleo simile, quo marmora inciduntur.

Colaptice, ars, quæ lapides scalpit, scalptura. *Scolsura*.

Colaris, minor turdo avis.

Colăsis, colasmus, pœnæ genus, quod adhibetur emendandi gratiâ, vel castigandi. *Castigo*.

Colasis, punitio. Colasenses, supplicio affecti. Bibl.

Colasterium, locus, ubi quis punitur, aut fontes torquentur. *Luogo del castigo*.

Colaticus lapis, medicinale mortarium, & pigmentorum. Isid.

Colatoria, ossa narium. Lex. Med. Colatorium, Colum, unde aliquid colatur stillatim. *Colatoio*. Colatus, a, um. *Colato*. Colo, as. *Colare*. Tertul.

Colatorii, asturcones, qui tolutario gradu incedunt. Salmas. *Portanti*.

Colax, adulator, parasitus. *Adulatore*. Colacia, adulatio.

Colchicum, hermodactylus, bulgus agrestis. Jun.

Colcotar, chalcitis, lapis. Jun. vitriolum ustum. *Vitriolo vosso*.

Coleata cuspis, pars ea, quâ viri sumus. Turn. Nonn.

Colēma, commistio herbæ, & olei pro luctatoribus. Cath. Ceroma. Vide.

Colena, origanum.

Coles, is, virga virilis, unde colei pendent: cujus suprema pars, glans: pellicula, præputium. Vide, Colis.

Coleus, testiculus: colei Lanuvini, honesti; Cliternini, non honesti. Cic. culeus.

Colia, piscis marinus. Rond.

Colica, quæ dolorem sedant in colicis. Tiraq. *Rimedii per i dolori colici*.

Coliciu, collabus, panis genus rotundi. Jun. Codin.

Colicŭlus. Vide, Colis.

Colicus dolor, coli intestini morbus. Jun. Vide, Colon. *Dolor colico*.

Colifarius, bos operarius. Isid. Gloss.

Colimbes, locus, ubi mundantur vestimenta. Isid. Gloss.

Colina, culina, coquina, ubi coliturignis locupletior.

Coliorius, coluber, serpens, tam in terrâ, quàm in aquâ vivens. Sup.

Coliphium, panis genus athletarum. Collyphium, colix, subcinercicius panis.

Colipilarius, depilator. Sup.

Colis, is, coles, pampinus, caulis, germen tenerum in vite, vel herbâ, ramusculus; Colicus dimin. parvus colis. *Germoglio, picciol torso*. Varro.

Co-

Colitor, dominus fundi. Isid. Gloss.
Colitiæ, colliciæ, majores sulci, in quibus, si aqua redundat, excolatur, *Solchi*.
Colix, panis subcinericius, *Pan cotto sotto la cenere*.
Colla, sacrificium. Item, glutinum, quo ligna ferrumìnantur, *Colla*. Composita tantùm in usu, ut chrysocolla, ichtyocolla, &c. Vide suis locis, *Colla*. Collatica pharmaca, glutinantia. Gorr.
Collabello, labra adjungo. Colabella, osculum. Lobar.
Collabesco, ruinam minitor. Collabasco, collabesio, conlabesio, *Star per cadere*.
Collabor, labor: collapsus, *Cadere*, *cadute*.
Collabismus, ludi genus, quo quis manibus expansis suos oculos tegit, alius verò, postquàm percussit, quærit, num verberarit, *Cieca mosca*.
Collabrismus, Carica, & Thracica saltatio. Poll.
Collăbus, p. c. verticillus, claviculus citharæ, quo chorda intenditur, *Bischero*. Item, panis parvus ad similitudinem claviculi. Poll. Athen.
Collactaneus, collacteus, qui ejusdem mammis est nutritus, & eodem lacte. Collactanea, eodem lacte nutrita, *Chi ha bevuto il medesimo latte*. Collacto, as, simul lacto. Cath.
Collāre, is, vinculum, quo canum colla vinciuntur, *Collare*. Millus, millum, collarium. Cath. *Collare di cani*.
Collaria, æ, ferrum rotundum, quo constringuntur colla malefactorum. Plaut. Schar.
Collaria forensis, anulus ferreus in foro, quo nocentes vinciuntur, *Berlina*.
Collatāre, latius reddere, à collāto, as, latum reddo, *Allargare*.
Collaterāles, qui æqualiter quasi lateribus consistentes, conjuncti à latere, vel ex latere venientes; unde, ventus collateralis. J. C. *Collaterali*.
Collaterales, qui se attingunt transversaliter per lineam collateralem, non ascendentes, aut descendentes, ex transverso, seu à latere dicti. Item, omnes æqualiter quasi lateribus consistentes. Schard.
Collaterāre, conjungere lateri alicujus. Cath. *Mettere al fianco*.
Collatio, comparatio. Item, collecta, indictio, talea, *Colletta*, *taglia*.
Collatica stipes, quâ passim erogatâ victitant pauperes. Rh. Collaticia, quæ à pluribus conferuntur, *Colletta di morti*.
Collatitium sacrificium, quod ex collatione offertur. Fest. Collatitia sepultura, facta à viatoribus cadaveribus repertis in viâ. Cerda. Collativum.
Collativus venter, magnus, turgidus. Plaut. *Ventraccio*, *ventre largo*.
Collativus favor, mutuus. Macr.

Amalthea Onomast.

Collāto, as, latius reddo. Plaut. *Allargare*: inde, Collativus venter, *Ventre largo*.
Collatōres, tributarii, qui conferunt tributa. L. J. C.
Collaudo, simul laudo. Collaudatio, approbatio, *Lodare con altri*.
Collecta, pecunia, quæ à multis exhibetur, *Taglia*. Symbola, *Colletta*. Item, cœnæ collatio. Collectaneum, undique collectum. Collectum, breve. Vide, Tributum.
Collecta, cœtus, conventus hominum. Item, precationes à populi collectione fieri solitæ. Item, eleemosyna collecta in pauperum alimenta. Item, oratio brevis sacerdotis ad Deum, quasi colligens omnes petitiones breviter. Duran.
Collecta, oratio breviter colligens alias orationes. Vualfr.
Collectanea, scripta ex pluribus lecta in unum. Collectaneum, quod mixtum, & ex multis conflatum.
Collectarii, coactores, campsores, argentarii. Cath. Collector, coactor, receptor, *Ricevitore*. Item, qui collectas colligit.
Collectica facultas, ulcera glutinans. Lex. med. Symphytica, consolidantia. Epulotica, cicatricem inducentia. Lex. m. Collecticum medicamentum, consolidans.
Collectitius exercitus, collectus, undique comparatus, collectivus.
Collectum per satyram, non servato ordine. Rebuf.
Collectrix, quæ religionis causâ stipem colligit, *Ricevitrice*, *accattatrice*.
Collectum, quod undique colligitur; unde, Vivere collectò. Collectio, *Raccolta*.
Collēga, in honore socius. Collegium, eorum consortium, *Compagno in officio*.
Collegarius, unus ex collegis. Isid. Gloss.
Collegatarii, quibus conjunctim legatur, &c. L. J. C.
Collegāti, artifices in collegia distincti. Alciat.
Collegiāti, qui deputantur ex collegio ad aliquod facinus. Isid. Item, collegiis ascripti. Lex. J. C. Collegiati. Item, artifices ex ipsius urbis fæce, quòd in Collegia, & decanias distincti essent. Alciat.
Collegiarii, ministri collegii. Tertull.
Collĕum, colleus, culleus, saccus lineus, vel coriaceus. Sup.
Collĕvo, leviusreddo, mitigo, *Alleggierire*, *mitigare*.
Colliani, publicani. Isid. Gloss. *Gabellieri*.
Collibentia, obedientia, vel consensus. Collibescentia. Cath. Collibet, collubet, libet, *Piacere*.
Colliberti, qui sub eodem domino, & ab eodem libertate donati. Lex. J. C.
Collibium, munusculum, bellarium, ut poma, &c. Collibiæ. Vide Cath.
Collibrum, pecuniæ genus, vel tota pecunia simul librata. Cath.
Collibum, pretium permutationis. Sup. Collybum, vide. *Aggio*.

by Google

Collices, ſentaculorum ſpecies. Hipp.
Colliciæ, colliquiæ, elices, majores ſulci in agris, per quos aqua effluit in foſſas, aut vias, *Scolatoii, ſolchi, per i quali l'acqua ſcola da i campi.* Item, tegulæ cavæ, canales, & imbrices.
Collicior: fortè, colliceor, emor, conducor. Gell.
Collicŭlum, nympha, hymen, virginale clauſtrum, quod, cum virgo defloratur, rumpitur. Lex.med.
Collicŭlus, parvus collis, *Collicello.*
Collido, is, p.p. ſimul percutio. Colliſio, duorum corporum confricatio, colliſus, us, *Grattar inſieme.*
Collifuria, boves facientes opus. Pap.
Collifana, ſacræ oves. Sup.
Colligæ, ſpeluncæ, in quibus aphronitrum invenitur. Plin.
Colligo, as, p.c. ſimul ligo: Colligatio, connexio, vinculum, *Legare inſieme.*
Colligo, is, ſimul lego, *Cogliere inſieme.*
Collimâre, collineare, ferire ſignum oculis. Collimatio, *Tirar à mira.*
Colliminium, coitio liminum, *Congiuntione de' ſogli.* Solin.
Collimitium, coitio limitum.
Collimitor, conterminus. Solin. Greg. M. *Confinante*, Collimitatum.
Collina, p.p. vina, quæ in colle nata. Item, Colina, collis; unde, colinus. Varro. Item, porta urbis.
Collineâre, ad lineam rectam dirigere, & adſcopum, collimare, *Tirar à mira.*
Collinĕre, fœdare. Collino, is, p.c. unà lino, *Ungere inſieme.*
Colliquefacio, liquidum facio, *Liquefare.*
Colliqueſco, liqueſco, *Diventar liquido.*
Colliquiæ, colliciæ, elices, ſulci majores in agris, ad aquas educendas, *Scolatoii.* Item, tegulæ, per quas aqua in vas defluere poteſt. Vitr. Item, canales, qui defluentem à ſtillicidio aquam colligunt. Philand. Vitr.
Colliphium, coliphium, panis athletarum, & cum recenti caſeo permiſtus. Plaut. *Pan de lottatori.*
Collis, minor mons, *Colle.* Collicŭlus, parvus collis, *Collina.* Collinum, p.p. quod ex colle, *Di colle.*
Collix, panis paſtilli figurâ rotundus, ſubcinericius; hinc, Collicephăgi, eo veſcentes.
Collito, as, ſimul lito. Cath.
Collobathrarii, grallatores: vide, Gralla.
Collobium, colobium, tunica mutila ſine manicis.
Collŏco, as, p.c. pono. Collocatio, diſpoſitio, *Diſporre.*
Collocuplēto, as, p.p. locupletem ſimul facio, *Arricchire.*
Collops, corium durius in cervicibus boum, & ovium. Lex. Phil.
Collŏpes, verticilla, collabi citharæ, quibus cordæ intenduntur. Item, claviculi jugi tractorii in puteis. Item, pueri exoleti, lenones.
Colloquor, ſimul loquor. Collocutio, colloquium, colloquutio, *Parlamento, abboccamento.*
Colloſenſes, ſupplicio affecti.
Collubiæ, tragemata, bellaria, *Confetture.*
Collubium, confuſio. Sup.
Collucāre, collūco, p.p. prophanæ ſilvæ ramos lumini officientes amputare. Collucatio, amputatio. Sublucāre, ramos amputare, quod eſt minus, quaſi ſubtus lucem mittere. Interlucare, denſos ramos frugiferos rarefacere. Colum. L. m.
Colluceo, luceo, *Riſplendere.*
Colluctor, aris, ſimul luctor, *Lottare inſieme.* Colluctatio, *Lotta.*
Colludio, colluſio, colludium, colluſium, inludium, eludium, techna, ars. Item, actoris ſimulata cum reo in fraudem concertatio. Colluſor, qui cum alio ludit. Colluſoriè, adverb.
Collum, collus, *Collo*; unde, decollare, ſuccollare, vide.
Collulum, parvum collum. Cath.
Collumino, colluſtro. Apul.
Colluo, lavo, *Lavare.*
Collurio, avis turdo paulò minor, *Tordella.*
Collus, vide Collum, Cato. Colleus, vel culleus, tormenti genus è corio, parricidarum, pice oblitum, & bitumine. Vide, Culeus.
Collūſor. Vide, Colludo.
Colutŭlo, as, luto fœdo, conſpurco, *Infangare.*
Colluviaria, orum, aquæductus, per quos colluvies, immunditiæque ejectantur. Vitru.
Colluviarius, colluviarius porcus, qui in colluvie nutritur cibo permiſto.
Colluvies, ei, colluvio, ōnis, immunditia, quæ ex concurſu rerum contrahitur.
Colluvium, commiſtum. Turn.
Collyba, tragemata, vel vilia munuſcula. Novar. Collybia, munuſcula parva, vel fructus; unde, collybum. Vide. Cath.
Collybiæ, tragemata, bellaria, *Confetture.*
Collybiſcus, à mutuo, ſeu collybo, quis dictus. Plauto.
Collybiſtes, collybiſta, qui ex permutatione pecuniæ lucratur: Nummularius, *Banchiere.*
Collybum, pretium permutationis, *Vſura, guadagno nel cambio.*
Collybum, parvum nummiſma. Poll. *Picciola moneta.* Salm.
Collybus, p.c. detrimentum pecuniæ, pecuniæ permutatio, *Aggio, cambio.*
Collybus, æreus nummus, cui imago bovis impreſſa. Item, nummi permutatio, id eſt, minuti cum grandiori. Item, contrectatio pecuniæ nummulariorum. Item, ejuſdem detrimentum. Lex. Philol.
Collyra, p.c. panis è farinâ puriore, triangulus modicus puerorum, *Torta.* Poll. Jus collyricum, ex quo collyræ eduntur, *Brodo ſpeſſo, e grueſſo.* Turn.

Col-

Collyria, cylindri, ſemicolumnia. Apoll.
Collyrida, fruſtum panis, placenta. Cerda. Collyrides, parvæ collyræ. Tertul. Buccellati.
Collyridiani, Hæretici collyridas offerentes. Epiphan.
Collyrium, medicamentum oblongum teres ex liquoribus, ſuccis, ſeminibus, &c. in varios uſus compactum, cohærenſque. Item, oculorum unguentum. Lex. Phil.
Collyrium, colyrium, oculorum medicamentum. Lex. m. *Medicamento d'occhi*.
Collys, capillus verticis, quem relinquebant in tonſum Diis conſecrandum.
Colo, as, exprimo liquores vaſe, aut linteolo, *Colare*. Unde, percōlo, ſuccolo, p. p. Colum. Vide.
Colo, is, p. c. adoro; unde, Cultus, cultura, cultor, cultrix, percolo, accolo, is, p. c.
Colobăthra, grallæ; Colobathrarii, grallatores. Salmas. Vide, Grallæ.
Colobĭci, mutili. Firmicus.
Colobium, ſubucula, tunicæ genus ſine manicis. Colobium ſcorteum. *Colletto*.
Colobium, pallium virginale uſque ad talos ſine manicis, quaſi à collo dependens. Item, veſtis diaconi, in cujus locum ſucceſſit Dalmatica. Cath. Dalmatica ſine manicis.
Coloboanthes, mutilum florem habens.
Colobomăta, partes, quibus aliquid deeſt: contra Hyperſarconta, quibus ſuperabundat. Manar. Item, in naribus, auribus partes curtæ, mutationes. Lex. med.
Colobomăta, in naribus, auribus partes curtæ, mutilationes curtæ. Lex. med. Colobōma.
Colobōtæ, qui decurtata proferunt verba. Rh. *Che dicono mezze le parole*.
Colŏbus, curta tunica. Cath. Colobium. Vide.
Colocaſia, Ægyptia radix, ſeu fabæ Ægyptiæ; Arum Ægyptium, herbæ genus; Collocalium radix ejus fabæ.
Colocretæ, qui pecuniæ præſunt, quæ rebus ſacris erogari ſolet. Rh.
Colocynthа, cucurbita caprina, cucumis amarus, colocynthis, *Coloquinta*, *Zucca ſalvatica*.
Colocynthæ, libri dicti obſcœniſſimi, ab Adriano ſcripti. Dion.
Collocynthides, figuræ cælatæ adinſtar cucurbitarum. Lex. Phil.
Colocynthis, colocyntha, & cucurbita ſylveſtris, minor, vilior cucurbita. Lex. Phil.
Coloma, calamus cum ſpicâ ſuâ. Cath.
Colon, orationis membrum: monocōlon, unimembre: dicōlon, duorum membrorum.
Colon, inteſtinum craſſius, laxum, ſecundum, & quartum in ordine; unde, colicus morbus, colice, cordius, cordapſus, *Dolor colico*.
Colōna, coloni uxor. *Moglie del lavoratore*.
Colonarii, plebeii, in conductis ædibus habitantes: mercenarii, & qui in coloniis deſtinati agris colendis. Leon.
Colonaria, perſona colonariæ conditioni adſcripta; Aſcripticia dicta.
Colōnem, clientem, à colo. Salmas.
Colonia, gens ad aliquem locum habitandum miſſa. Item, domuncula cum agro tanto quantum colonus arare poteſt. Elodo.
Colonarium, quod pro rure pendimus, merces emphyteutica, *Fitto*.
Colonarius, contractus de colono conducendo. Lex. i. c.
Colonicum, quod ad colonum pertinet. Colonicum pecus, hirſutum; Tectum verò, molle. Colum. Colonici Decuriones.
Colōnus, civis Romanus ad aliquem locum habitandum miſſus. Item, agricultor, & prædii conductor. Colona, coloni uxor, *Fittuario*.
Colōnus partiarius, qui partem lucratur cum domino in agro colendo, *Fittuario alla parte*. Perpetuarius, qui perpetuò agrum conduxit; aut certâ penſione in vitam ſuam, *In vita*. Jun. Colonus, in agro, *Fittuario*: Inquilinus, in ædibus dicitur, *Pigionale*.
Colŏphon, faſtigium, apex, ſumma manus, cum aliquid finitum eſt, *Colmo, finimento*.
Colophonia, ſcammonia herba, Pix græca. Meſue.
Colophus, articulus. Sup.
Color, colos, pigmentum viſus, *Colore*, fugax, pertinax, obſoletus, evanidus, floridus, ſatur, vegetus, vividus, &c. Jun. colorāre, colorem dare, *Colorire*. Colorius, coloria veſtis, *Veſte di color*. Color verus, ſeu veri luminis, purpureus. Salm.
Coloratores, qui colores parietibus appingebant; & inducebant. Salm.
Coloriæ veſtes, quæ vario colore tinctæ ſunt, variiſve liciis, aut purpurâ prætextæ. Verſiculores, quæ colores variant, dum varie aſpiciuntur, ut ſunt colla columbarum, *Cangianti*. Salmas.
Coloriæ, coloreæ veſtes, quæ ſunt colore tinctæ quovis, præterquàm purpuræ. Turn. vel nativo lanæ colore. Coloratum, fucatum. Item, varii coloris. Salm.
Colos, color, antiq. Item, fera naribus bibens. Geſn.
Coloſſeus, coloſſicus, coloſſeros, in modum coloſſi. Coloſſenſes, dicti Rhodii, à ſuo Coloſſo. Suid. Coloſſeum, amphitheatrum, ubi multi coloſſi.
Coloſſerus, quis dictus ob corporis amplitudinem, & ſpeciem. Caſaub. ad Suet.
Coloſſi cotĕra, immania lapidum pondera. Vitr. *Peſi grandiſſimi di ſaſi*.
Coloſſinus color, candidus, purpureus.
Coloſſus, ſtatua immenſæ magnitudinis, in honorem Solis.
Coloſtrātus, infans coloſtro nutritus. Coloſtratio, morbus, quo puerperæ lactantes remanentur.
Coloſtrum, coloſtra, coluſtra, ſpongioſa lactis denſitas, à partu prima. *Capo di latte*.

Colōtos, p.p. lacertæ genus, ſtellio, *Tarantola*.
Colpōma, regum amictus. Scal.
Colpos, corpos, vulnus, *Colpo*. L.g.b. Item, ea uberum pars, quæ in ſe lac continet. Rh. Item, ſinus & ſpatium quodvis in corpore.
Colosyrius, confuſanea multitudo, & pulvis excitatus.
Colrax, claudicans à coxâ. Papius.
Colūber, ſerpens in nemoribus: colubra, colubrifer, colubræ, pro, colubri. Lucil. Coluberculus, dimin. parvus coluber, *Piccol ſerpente*.
Colubraria, Ophiuſa, inſula ſerpentaria, à multitudine ſerpentum infeſtata. Plin.
Colucūla, helacata. Sup.
Colum, vas ex viminibus contextum, ad colandum aptum, *Colatoio*. Colum nivarium, *Bembola*. Item, morbi genus. Item, colon, colum, orationis membrum.
Columa, columna, antiq.
Columbar, vinculi genus. Plaut. è collo dependens.
Columbarium, columbaria, locus, ubi habitant, & nidificant columbæ. Columbarius, qui eas curat. Columbaria, foramina in navi, per quæ remi trajiciuntur, & ubi ſuſpenduntur. Rh.
Columbatim, colubulatim, more columbarum. Columbare, collabellare, labra jungere, oſculari. Senec.
Columbus, columba, avis nota, *Colomba*. Item, piſcina, & natatio. Lampr. Columbūlus, parvus columbus. Columbīnus, columbaris, ad columbam ſpectans, *Di colombo*.
Colume, ſanum, columes, ſalvos, incolumes. Iſid. Gloſſ. compoſita in uſu, ut incolume.
Columella, parva columa. Major ſervus in familiâ. Item, homo procērus, longus. Item, pelliculain hominis ore inflammata, oblonga; ſi rotunda, uva dicitur. Columnella. Cath.
Columellares dentes, caninis proximi, *Maſcellari*.
Colūmen, ſuſtentaculum, *Soſtegno*. In architecturâ, *Colmo*, trabs magiſtra, quæ totius culminis faſtigium occupat.
Columis, incolumis, ſanus. Columītas, ſanitas. Papius.
Columna, culmen ſuſtinens.
Columna, ſtructilis, ſeu pila, *Colonna di pezzi*. Solida, *D'un pezzo*. Striata, *Scanalata*.
Columnæ partes, ſcapus, capitulum, baſis, ſeu ſpira, in infimo, ſtylobates. Columella, columnella, dimin. *Colonnetta*. Cato.
Columnarii, obærati, decoctores, quòd ad columnam Mœviam in jus vocabantur. Rh.
Columnarium tributum, ſolutum pro quâlibet columna. Columnarii, exactores. Barrien. Loen.
Columnatio, columnarum extructio, ſtructura. Apul. *Colonnatura*.
Columnātum, columnis ſultum, *Soſtenuto da colonne*.
Columnelli, dentes canini. Cath. Columelli.
Columus, culmus, antiq. *Colmo*.
Colūra, animalia ſine cauda, inepta ſacrificiis. *Animali ſenza coda*.
Columa, ex corylo facta, ſeu corno. Columum,
Colūrus, circulus mutilus in ſphæra duplex, zodiacum ſecans: primus in punctis Æquinoctiorum, ſecundus in punctis Solſtitiorum.
Colus, i, maſc. tormenti genus, ex corio factum. Item, quadrupedis genus. Athen.
Colus, li, & lus, fœm. inſtrumentum muliebre, ex quo fila ducuntur, *Conocchia*. Ex colo in fuſum, ex fuſo in alabrum: inde in girgillum, ex hoc in glomicellum: tum in pannum, demùm in telam.
Coluſtra, coluſtrum, coloſtra, coloſtrum, lac novum ex mammis expreſſum. Vide, Coloſtrum.
Colutea, ſcorpioides, veſicaria, frutex. H.P.
Coluthea, tragemata, bellaria. Plaut. *Confetture*. Colutheum, coluteum, fructus colutex. Lex. Philol.
Coluthra, maturæ ficus. Onom. med.
Colycæ, ſpecus, in quibus aphronitrum invenitur. Plin.
Colymbădes, natantes olivæ condititicæ, & fractæ, maceratæ muriâ, quaſi natatrices, *Olive condite, ſchiacciate*. Colymbas.
Colymbetes, Hyphydri, hyphali, naviculatores, urinatores. Calcag.
Colymbēthra, locus, ubi natare poſſumus. Mercur. gymn.
Colymbus, avis urinatrix, Gaza. Herba creſcens in aquis. Item, aquæ ductus, & locus, ubi veſtimenta mundantur. Cath. Item, piſcina, natatio. Salmaſ.
Colyrides, collyra, panes minuti puerorum. Rh. *Panuccieri di pasti*.
Colyrica, impediendi vim habentia.
Com, quom, cum: coque, quoque. Palm.
Coma, æ, brevis capillorum ornatus, *Chioma*. Comōſus, comatus, *Chiomato*. Comatūlus, aliquantùm comatus. Coma adoptiva, aſcititia, *Capelliera finta*. Item, brevis dictio, interpunctio.
Coma, atis, morbus ſomnum diuturnum inducens, Vetemum, *Mal mazzuco*. Vide, Comma.
Comagæna, unguenti genus. Lex. Schar. Comagenum. Gorr.
Comagine, morbus.
Comar, gravedo, vel fatuum mentis. Onom. med.
Comarchus, comarcha, pagi præfectus, comes dictus, *Conte*. Comarchani, conſortes Marchæ. Cod. ll. antiq.
Comărus, arbuti genus, *Corbezzolo*.
Comaſtes, comeſſabundus. *Chi facilmente banchetta, è è banchettato*.
Comas, cervi hinnulus, *Cervietto*. Lex. med.
Comaſtice, ſaltatio inſignis pugnâ, & plagis. Rh. Poll.
Comaſſor, aris, laſcivio, jocor, à Græco, Comazo, *Scherzare*.

Comat, frondet. Isid. Gloss. *Frondeggia*.
Comaticum, pars postrema chori in tragœdiis, ubi reliquum in luctu peragitur: pars prima, parodicon; secunda, stasimon, dicitur.
Comaticus, abbreviator, versificator. Comaticè, breviter. Cath. *Brevemente*.
Comatodees, obdormientes altiori somno. Hipp.
Comatulus, vide, Comatus.
Comba, lectica, Sabinâ linguâ.
Combatuo, is, Combatuere, mutuò se cædere. *Combattere*. Lex.
Combennōnes, in eâdem bennâ, seu vehiculo sedentes. Benna, vehiculi genus.
Combĭbo, is, p.c. simul bibo. *Bere in compagnia*.
Combibōnes, p.p. compotores. Lucil. *Compagni nel bevere*.
Combimata, inter ornamenta muliebria censentur. Pollux.
Combinæ, litteræ, quæ dabantur à principe ad combinanda publica animalia, & cursum usurpandum: Evectio, Tractoria. Item, mappa, quam mittebat Prætor committendis ludis. Salm. ad Capit. Item, diplomata, codicilli dati cursu publico utentibus. Lex Schar.
Combina, combinatio. Salmas. *Congiuntione*.
Combināre, conjungere, duplicare; combino, as, p. p. Sid. Combinatio, duorum conjunctio. Combinatus, compositus. Diom. Combinæ, diplomata, seu codicilli, qui dantur cursu publico utentibus. L. i. c.
Combinatores, desultores præmissi juncti in circo, qui ludum nunciarent: Singulator verò, solus. Scal.
Combito, commeo. Varro. Betere, ire. Antiq.
Comburere diem, eum consumere hilariter epulando. Mendoza.
Comburo, p.p. simul cum aliis uro. *Abbruggiar insieme*.
Come, castellum. Pap. Item, herba, barba hircina, Tragopogon. *Barba di capro*.
Combretum, herbæ genus.
Comedicum, ad comedendum pertinens, delectabile. *Cosa attenente al mangiare*.
Comĕdim, comedam, à comĕdo, p.c. is, edo. *Mangiare*.
Comedo, is, simul edo. *Mangiare*.
Comedōnes, comĕdi, comessabundi, manducōnes, comĕdus, comedio, ōnis. Fest. Varr. *Mangione*.
Comĕdus, bona sua comedens. Fest. comĕdo, ōnis. *Chi mangia il suo*.
Comes, in via socius. *Compagno*. Item, comarchus, præfectus populi. *Conte*. Suid. Item, navarchus, navis præfectus. Comarchus, comes stabuli. *Conestabile*; meliùs comes stabilis: comites enim olim principum custodes dicti. Cerda.
Comes parochialis, præses paroeciæ, seu comitatus. A. Bonf.
Comessalia, symbolæ. Beroal. Collectæ, collationes.

Amalthea Onomast.

Commessabilitas, immoderata conviviorum cupiditas. Pontan.
Comessationes, convivia nocturna post cœnam. *Stravizzi, peccent, mangiamenti doppo cenna*.
Comesso, as, sæpè edo. Cath. Esito. *Mangiar spesso*.
Comesses, comedisses. Plaut.
Comessura, esus. Cato. *Mangiamento*.
Comessor, aris, post cœnam epulor. *Far banchetti doppo cenna*. Comessatio, comessans, comessabundus, comessationibus indulgens: Comessaliter, inter comessandum. Sidon. *Fà banchetti, banchettante*.
Comestabularius, comes stabuli, dignitas. *Conestabile*. Cath. Comes stabilis, dictus principis custos certus. Cerda. Conestabularius.
Comēsus, consumptus.
Comētes, comēta, stella crinita, & quasi comata.
Cometopullus, comitis filius. Cedren. L. g. b. *Figlio del Conte*.
Comiatus, licentia. *Comiato*. Cod. Il. antiq.
Comicus, comœdus. *Comediante*. Comicè. *Comicamente*.
Cominia, genus olivæ.
Cominus, propè. *Da vicino*. Eminus. *Da lontano*.
Comis, benignus: comitas, benignitas: comiter, suaviter. *Affabile*. Incōmis, non comis.
Comissator, vorax; comissor, comessor, aris, comissatum eo. *Vado à banchetto*. Comissatio.
Comissa, symbolum. Sup.
Comisse, comedisse, comesse. Scal. Varro.
Comistrum, phoretrum, phorium, bajulorum præmium, & merces. Rh. *Paga del facchino*.
Comitare, loqui in conventu. Isid. Gloss. Item, comitem facere. *Accompagnare*.
Comitasset, subuisset. Non.
Comitatenses, milites ducem suum comitantes, locum certum non habentes: hinc comitatense munus. Briss. Lex. Schar. contra, limitanei, uni loco affixi.
Comitatensis legio: in castro, Legionaria: Ripensis, in ripâ: Limitanea, in limitibus. Salmas. Pancir.
Comitatus, us, comitis dignitas, aut terra. Item, clientela sequens dominum: aula principis. Item, comitum multitudo. *Compagnia*.
Comiter, hilarè. *Allegramente*. Comitas, atis, urbanitas, festivitas. *Leggiadria*.
Comites, olim dicti, qui Proconsules, aut Prætores in provincias euntes comitabantur, deindè erant magistratus. Buleng. Item, judices ordinarii, qui in pace, & otio jus reddebant. Item, præfecti urbium. L. i. c. Comitatus, jurisdictio, territorium. *Contea*.
Comitiæ, tempora honorum. Isid. Gloss.
Comitia, conventus populi ad creandos magistratus. *Assembramento per crear magistrati*.
Comitium, locus, in quo comitia fiunt. Comitiarius, comitialiter: comitiale, ad comitium

pertinens. Comitiatus, us, comitium. Comitiales viri, perjurii, litigiosi. Plaut. Tum.
Comitiālis dies, quo in comitiis conveniebant, & quo cum populo agi licebat. Fest.
Comitiālis morbus, sacer, Herculeus, epilepsia, omnium corporis partium convulsio. *Mal caduco*. L.M. quòd comitia soleat dirimere. Comitialis homo, hoc morbo laborans. Item, litigiosus. Pla.
Comitiatus, Trib. mil. populi suffragio lectus, Rufulus verò in exercitu lectus.
Comitiāni, comitium officiales. Lex. i.c.
Comitio, as, comitium celebro, in comitio loquor, in comitio, as. Cath.
Comitivæ honor, vicinus illustribus, anteibat spectabiles. Comitenses legiones, comitatui principis concessæ. L. i.c.
Comitiva, dignitas comitum, comitativa. L. i.c.
Comitor, sector. Comito, as. *Accompagnare*. Comitatus, us, comitum multitudo. *Corteggio*.
Comitŭlus, comitellus, parvus comes. *Piccol conte*. Cath.
Comixius, verbosus. Isid. Gloss.
Comma, ătis, orationis particula, cæsura. *Coma, distintione*. Item, monetæ nota. Aquarum emissarium, & incile ad agros irrigandos. Item, pars toni majoris, seu proportio sesqui octantesima. Zarlin.
Commaculo, maculo. *Ammachiare, sporcare*.
Commadeo, madeo. *Bagnarsi*.
Commalaxo, exerceo, maturè facio.
Commalliorare, in æs incidere. Higen. *Insegliare in bronzo*.
Commanducāre, dentibus molere, & in ore tenere. *Masticare*. Commanducatur, comedit. Lucil. Commando, is, commanducatus.
Commanipularius, collega. Isid. Gloss. Commanipulatio, contubernium.
Commanipŭlo, ōnis; commanipularis, miles ejusdem manipuli. Spart.
Commansum, apophlegmatismus, mastucatorium. Jun. *Masticatorio*.
Commaritus, vice mariti fungens.
Commascŭlo, roboro; commascularе frontem, viriliter agere. *Trattare virilmente*.
Commata, aquarum emissaria, incilia, canales. Bud. vel aggeres aquam Niloticam continentes, chomata. *Argini*. Vulp.
Commatica, quando chorus lamentatur acerbos casus commemoratos à statimis. Commaticus hymnus. Sidon.
Commaticus, versificator. Isid. Gloss.
Commatibus, disciplinis. Isid. Gloss.
Commatrōna, quæ se pro matronâ gerit. Tertull.
Commeatilis miles, qui in stipendii partem accipit alimenta ex publico. Just. Commeatalis, commeatum accipiens. Salmas.
Commeātor, ultrò, citròque iens. *Chi và quà, ò là*, à commeo, as.
Commeāre, animo redeundi abire, iter facere, ire, & redire, convenire. *Andare, venire*.
Commeaticus, versificator. Gloss.
Commeatus, facultas abeundi, litteræ dimissoriæ. Salvus conductus, licentia temporaria ab exercitu. *Salvo condotto*. Cibaria ad alendum exercitum, transitus multitudinis. Item, cataplus. Vide.
Commemoratorium, inventarium, quo censa erant bona ecclesiastica. Scriban. Baron.
Commemoramentum, commemoratio. Cæcil. *Racconto*. Commemoro, as. *Far mentione*.
Commenda, Ecclesiæ custodia alicui commissa in tempus, gratiâ evidentis utilitatis, aut necessitatis. L. i.c. Commendator, commendatrix, qui, quæ commendat, à commendo, as: commendatarius, nudus minister. *Commendatore*. Gloss.
Commendatitiæ litteræ, dimissoriæ: commendatitium, nostræ fidei commendatum. Cath.
Commendatoriæ litteræ, quæ clericis peregrinantibus dabantur à suo Episcopo. Scriban.
Commentabundus, cogitabundus. Pap.
Commentacŭlum. Vide, Commotaculum.
Commentaria, carcer. Athen.
Commentarienses, carcerum præfecti, curatores rerum, & qui scribunt commentaria. Valfr. Sub his erant statores, qui carceribus mancipatos custodiebant, illisque necessaria præbebant. Pancirol.
Commentariensis, qui commentarium, & veluti diarium custodiarium conficit, vel qui custodiam, & periculum reorum præstat, ita ut reo elapso, talione ipse mulctetur. Item, optio, seu custos carceris.
Commentarius, commentarium, registrum memoriæ causâ per capita tantùm factum. *Memoriale, registro*. Item, explanatio per capita. Commentariolum, dimin. parvum commentarium.
Commentitus, fictus. Commentum, fictio ingeniosa. Commentor, ōris, commentator, inventor. Commentatio, meditatio, commentor, āris, comminiscor, cogito. *Trattare, disputare*.
Commentium, commemoratio. Gloss.
Commentum, res ficta. *Fittione, commento*.
Commentus, commonitus. Plaut.
Commercium, vicissitudo dandi, & accipiendi: mutua rerum communicatio.
Commĕto, as, p. c. commeo, me confero. Commetare. Affran. Commentabundus, cogitabundus. Pap.
Commictile, compositum, commistum. *Mescolato*. Pompon.
Commictilis, commitilis, contemptibilis, à commingo. Scal. Lex. Philol.
Commigrāre, in aliquem locum se conferre habitatum. *Andare ad habitare*.
Commilitium, ipsa belli societas, militum contubernium. *Compagnia, camerata*.
Commilito, as, simul milito; unde commilitones.

Com-

by Google

Commilitōnes, qui simul sunt in militiâ, commilites. Jun. *Compagni nella militia*.
Comminando, intendendo. Isid. Gloss.
Comminiscor, excogito, fingo, ab antiq. Miniscor; unde, Reminiscor. *Imaginare*.
Comministro, cum alio ministro. *Ministrare insieme*.
Commino, as, à Mino. Vide.
Comminor, p.c. minor. *Minacciare*. Comminatio, comminatiæ, minæ. *Minaccie*. Comminativum, comminatorium.
Comminuo, frango, diminuo. *Minuzzare*. Minuere.
Comminus, à propinquo. *Davicino*. Contra, eminus. *Da lontano*. Continuò, statim.
Commiscŭlua, commistus, communis. Sup. à commisceo, permisceo. *Meschiare*. Commistio, commistum.
Commiserescо, commiserеor, misericordiâ tangor. *Compatire*. Enn. Commiserones, qui commiserescunt. Commiseratio. Tertul.
Commissa, quæ contra testatoris voluntatem facta, aut non facta ab hærede, mulctâ aliquâ pœnâve puniuntur. L. i. c.
Commissa res, quæ non soluto vectigali in publicanorum jus cadit. Commissa hæreditas, &c. L. i. c.
Commissaria lex, cum res eâ conditione venit, ut non soluto dictâ die pretio, res fit inempta. L. i. c.
Commissarii, quibus aliquid gerendum committitur. Buleng. Commessarii.
Commissio, concurrentia Poetarum, Gladiatorum, & Histrionum, &c. *Contesa frà due parte*.
Commissum, in fide traditum: peccatum. Item, conjunctum, adhærens. Item, confiscatio ob vectigal defraudatum. Item, delictum ob non solutam pensitationem. L. i. c. Commissoria lex. Ulp. unde, Commissa. Vide.
Commissuræ, tabularum, & aliarum rerum juncturæ. *Giuniture*. Commissuræ cranii.
Commitigo, as, mitigo. *Mitigare*.
Committĕre, incipere. Varro, decertare, in contentionem deducere, simul mittere, confiscare. L. i. c.
Committimus consilia: credimus, pecuniam. Fronto.
Commŏda, munera, præmia data militibus. Turn. *Ricompense*.
Commodātor, qui commodat. Commodatio, mutuatio. Ulp. Commodatarius, mutuum accipiens, & cui res commodatur.
Commodia, hostiaria. Isid. Gloss. Diversoria.
Commodo, ōnis, commodatarius, qui commodatum accipit.
Commodò, commodùm, opportunè, tunc: commodum, i, utile, emolumentum, commoditas.
Commodo, as, alicujus rei usum ad tempus concedere. Item, dare mutuum.
Commodum, opportunè.
Commodus, a, um, quod est cum modo, aptum, conveniens.
Commŏdus, pro integro toto. Lucill.
Commœreo, totus tristor.
Commŏlo, unà molo, molâ contero. *Macinare*. Commolior, molior. *Muover con difficoltà*.
Commonēmus, præterita: Admonemus, præsentia: Præmonemus, futura. Aprr.
Commonentum, basilica, palatium. *Palazzo*. Supp.
Commoneterium, epistola, quæ cum mandatis in regione emittebatur ab Imperatore.
Commonitorium, scriptura conventionis, commentarius ad memoriam juvandam. Hugo.
Commorientes, nomen fabulæ. Plaut. apud Ægyptios amicitiæ genus adeò firmum, ut si alteruter moriatur, & alterum mori sit necesse.
Commŏro, commŏror, maneo, consisto. *Indugiare*. Commoratio, habitatio. *Dimora*. Item, fig. Rhet.
Commōsis, p.p. tectorium, sive illitio, & fundamentum mellificii, quod apes faciunt. Turn. ornatus corporis supervacuus. Lex. Philol.
Commotacŭlum, commentacŭlum, virga, quâ flamines, & viatores usi ad sacrificia euntes, ut obvios à se averterent. Fest. Scal.
Commōtus, comptor. Tiraq.
Commoticum, medicinæ pars circa lenocinia formæ versans. Commotica, ejus medicamenta: commoticus, qui hæc curat.
Commotrium, instrumentum muliebre ad comendum. Commotridium, calamistrum. Commotria, compteria. Tiraq.
Commovere fana, sacra de loco ad locum, transferre. Turn.
Commugento, convocanco. Fest.
Commulcat, collidit. Turn. conculcat. Isid. Gloss.
Commulceo, es, mollio, placo. *Placare*.
Communia, æ. *Communità*. Cod. ll. antiq.
Communicāre, impurare: communes manus, illotæ. Cafell. Communico, as, impertio. *Conferire, partecipare*.
Communiceps, ejusdem municipii. Pap.
Communio, ōnis, communicātus, us, communicatio, participatio. *Communicazione*. Apul.
Communis dies, intercisus Diis, hominibusque communis; neque bonus, neque malus; Communes Dii.
Communis, communitas. Communè, communiter, communitas, communicatus, us.
Communio, is, firmo. *Fortificare*. Communitus, pp. *Fortificato*.
Commurmŭro, murmuro. Commurmuratio, murmuratio. Commurmurātor, qui murmurat. *Mormorare*.
Commūto, as, mutare. Commutātus, us, commutatio, figura. *Mutare, mutazione*.
Cómo, is, comam compono, orno: comptus, us, ornatus. *Ornar la chioma*. Incōmo, valdè como.
Como, as, argentum cudo; unde, commatōres, argenti cusores. Item, comĕre, frondere. Incōmo.

ized by Google

Como, is, orno, pecto. *Accunciare, far bello.*
Comœdia, fabula dramatica.
Comœdiari, ridiculè, ac loquaciter loqui; comicum, ad comœdiam spectans.
Comœdicè, mansuetè, suaviter. Tragœdicè, crudeliter. Plaut.
Comędus, comediarum actor. *Comediante.* Qui per pagos cantat carmina. Comędiogrăphus, comicus scriptor. *Scrittor di comedie.*
Comędodidascalia, doctrina de comędia. *Trattato della comedia.*
Comędopęus, comędiarum scriptor, qui cavillis aliquem lacerat.
Comopoles, Metrocomia, vide pagus: ad oppidi, seu civitatis magnitudinem accedens, pagus instăr oppidi.
Comos, Tetracŏmos, saltationis species. Item, comessatio, seu intemperantiæ festum. Rh.
Commosandolos, flos dictus Hyacinthus.
Comōsis, primum fundamentum mellificii apum, hoc est, excrementum ceræ in alveo. Plin.
Comōsus, comatus, comâ magnâ præditus. *Capelluto, chiomato.*
Comōtæ, viri comas comentes. Comotriæ, fęminæ. Rh. *Ornatrici di chiome.*
Commoticum, curiosus capillitii cultus. Rh. *Ornamento di chiome superfluo.*
Comotriæ, ornatrices mulieres, comendæ comæ peritæ. *Ornatrici di chiome.*
Comotrium, calamistrum crinibus comendis aptum. Discerniculum. *Drizza scrimino.*
Compactile, quod compactum, seu junctum est, vel jungi potest. *Congionto.* Trabes compactiles, subscude junctæ. *Trave congionti.* Compactio, compositio. *Vnione.*
Compactò, ex compacto, antiq. Lips.
Compactum, conjunctum, quod inter aliquos convenit. *Accordo.* Plaut. incompactum, disjunctum: de compacto agere, ex composito. *D'accordo.* Compactim, junctè. Cath.
Compactum, conventum, compromissum, à compaciscor, alioqui à compingo, significat conjunctum: vide, Compingere. Lex. Philol.
Compaginăre, Compagino, as, p.c. conjungere, id est, duas paginas nectere. *Congiongere.*
Compagina, compăges, compago, conjunctio. *Congiontione.*
Compaginantes agri, qui se mutuò tangunt. Frontin.
Compagines, Compăges, conjunctiones. Item, capita ossium. Compagineum. Cath. Vide.
Compagitus, us, compagintio. Gloss. *Congiontione, attaccamento.*
Compago, ginis, compăges, is, conjunctio, compositio. *Congiontione.*
Compagineum, compagia, ossium capita. Isid.
Compagus, campagium, calceamentum Imperatorium, colore solùm distinctum à senatorum: sic dictum à flexuris corrigiarum. Capitol.
Compar, par, socius, fig. cum duæ sententiæ inter se pares. *Compare.* Compares, amantes se mutuò.
Comparco, is, parco. *Risparmare.*
Compareo, es, appareo. *Comparir.* Comparere, extare.
Comparietici, consortes, & vicini, quasi unum parietem habitantes. Pap. *Vicini à parete à parete.*
Compăro, as, p.c. æstimo, emo, constituo, paro. *Paragonare, preparare.* Comparatio, comparătè, comparabile, comparativum, &c.
Comparsit, compescuit. Fest.
Compasce, compesce: compascere, simul cum vicino pascere; compasco, is.
Compascuus ager, communis, relictus vicinis ad compascendum. *Communale.* Fest.
Campassum, circinus, vox barbara. *Compasso, sesto.* Lex. g. b.
Compastice, divitiæ superbæ. Plaut.
Compatronus, simul cum alio patronus.
Compatriŏtæ, ejusdem patriæ. *Compatrioti, paesani.* Pap.
Compavitus, conculcatus. Apul. Compavire, conculcare. *Pestare.*
Compavesco, pavesco. *Haver timore.*
Compĕda, æ, compĕdes, p.c. vincula pedum. *Ceppi.* Item, fasces laureati. Gestamina muliebria.
Compedio, is, p.c. compedes injicio, vincio. *Legare i piedi.* Compeditus, compedibus ligatus. *Legato i ceppi.* Plaut. unde, compedes. *Ceppi.*
Compĕdo, as, occido, compedio. Sup.
Compellatio, accusatio. *Biasmo.*
Compello, as, allŏquor. *Favellare.* Aliquando, accuso, accusare; unde, Compellatio, accusatio, allocutio. *Accusa, abboccamento.*
Compello, is, animalia diversorum generum eòdem cogere. *Spingere, constringere, mettere insieme il gregge.*
Compelluceo, es. *Trasparire.* Compellucidum, diaphanum. *Trasparente.*
Compendiare alicui, vel allevare aliquem, occidere. *Ammazzare.* Novar.
Compendiarium, breve, & summum. Compendiariò, compendiosè, per compendium. Compendiatum. Tertull.
Compendifacio, duco ad compendium, brevi utor oratione, lucrifacio. Compendiari. Tertull. Compendiosa substitutio. L. i. c.
Compendiosum, valdè utile. *Molto utile.*
Compendium viæ, brevissima via. Compendium temporis, pecuniæ. Compendium, quævis brevitas, sed utilis. Item, quod breve, sed utile est, & quod parsimonia servatur; utilitas, lucrum. *Sparagno, avanzo.* Contra, Dispendium.
Compendo, simul pendo. *Spendere insieme.*
Compensatio, debiti, & crediti inter se ultrò, citròque facta contributio; retributio. *Ricompensa.* Compenso, as, retribuo.
Compensor, ōris, qui libenter reddit, quod debet. Cathol. Compensare, remunerari. *Ri-*

compensare. Compensus, compensatus, redditus. Cath.
Comperce, parce, compesce. Fest.
Comperendinatio, dilatio judicii ab utrisque litigatoribus in tertium, sive perendinum. Diffusio, in alterum. Ampliatio, in incertum. Comperendini dies, quibus vadimonium juberi licet.
Comperendino, as, in diem perendinum, seu de die in diem differo, ampliùs pronuncio, *Prolungar di dì in dì*. Comperendinatus, comperendinatio, vide.
Comperĕo, comperio, ab alio cognosco. Comperior, meâ opinione colligo. Diom.
Comperio, is, compertum habeo. Sup. *Tener per chiaro*. Cognoscere.
Comperio ab alio, comperior à me ipso. Gell.
Compernes, homines longos pedes habentes, vel plus justo genibus junctis.
Compertò, absolutè, cùm compertum esset, *Chiaramente*.
Comperpetuus, æquè æternus. Prud.
Compes, vide Compeda.
Compescatio, cohibitio. Glossa. *Prohibitione*.
Compescāre, compescere. Salmas. *Raffrenare*. Inducare, inducere. Cudare, molare, &c. Tertul.
Compescere, eodem pascuo continere. Fest. cohibere, à compesco, arceo, *Raffrenare*.
Competentes, catechumeni, gratiam Christi petentes.
Compĕtit hoc illi, par est, vel convenit: competere, parem esse, *Far concorrenza*. Item, idoneum esse. L. J. C.
Competitores, qui concurrunt in magistratu petendo. Competuntur magistratus. Competitrix, competentia. Gell. Competenter, mediocriter.
Competentissimè, convenientissimè. Apul.
Compilacio, compilatio, sacrilegium. Sup.
Compilāre, hæreditatem dilapidare, *Consumare l'heredità*. Compilo, p. c. tollo pilos, *Pelare*.
Compilo, as, p. p. Compilare, undique subripere, quasi pilos auferre, prestim colligere. Scal. *Pigliar da ogni parte*.
Compilatōres, qui multa in unum cogunt; unde Compilāre, in unum redigere, cogere. Fest. Compilatio, furtum, *Furto*. Pilotæ, fures.
Compilātus, furtum passus. Non. *Rubbato*.
Compingĕre, res diversas in unum conglutinare, compellere, *Congiongere*, *spingere*.
Compitus, us, compita, loca, quæ petunt homines ex diversis partibus, ut quadrivia, viarum capita, *Crociate di strade*. Var.
Compitalia, festa in compitis peracta. Compitalicia, ad compita spectantia.
Compitus, compita. Varro.
Complacuò, placitè. Suppl.
Complanāre, solo æquare; complāno, as, p. p. planum reddo, *Spianare*.
Complaudo, plausu certatim comprŏbo.
Comple, complementum. Gennad.
Complecto, antiq. Non. complector, *Abbracciare*.
Compleo, es, impleo, *Empire*.
Complementum, supplementum. Comple, complementum, *Compimento*. Genn.
Completorium, ultima sacrarum horarum, *Compieta*.
Completum, absolutum.
Complexio, complexus, copulatio. Item, dilemma, argumentum Rhetoricum.
Complex, socius, peccati particeps. Isidor. Gl.
Complexiva, conjunctio copulativa. Diom.
Complexus, us, *Abbracciamento*.
Complices, socii scelerum, consortes, *Complici*. Sidon. Complicitas, in malo consensus. Cath.
Complĭco, as, simul plico, contraho, quod latum, *Piegare insieme*.
Complōdo, p. p. Manibus collisis applaudo: contra, Explōdo. Item, concutio, collido, *Batter le mani*.
Complōro, defleo; Complorātus, fletus; comploratio, lamentatio, *Lamento*.
Complures, multi, *Molti*.
Compluriens, compluries, sæpè, *Spesse volte*.
Complusculi, dimin. complures, *Alquanti*.
Complūti, pluviâ madefacti. Complūtus, compluere, pluviâ irrigare. Complutio, compluvia. Cath.
Complūtus, p. p. Pluviâ madefactus, *Bagnato di pioggia*. Compluvĭum, locus, quò de diversis tectis aqua pluvialis defluit in superiori parte domus. In inferiori verò, seu urbe, seu cohorte, impluvium dicitur. Turn. *Luogo dove si radunа tutta l'acqua, che piove*.
Compluvius locus, quò aqua confluit. Compluvius locus, *Dove concorre la pioggia*.
Compluviata vinea, facta in modum compluvii.
Compondĕro, simul pondero, *Contrapesare*.
Compōno, is, p. p. conjungo. Compositum, compositum. Compositò, consultò, *Pensatamente*. Compositè, aptè, per ordinem; compositor, qui componit. Compositio, *Composizione*. Componere, sepelire.
Comporto, as, in unum locum confero, *Radunar insieme*. Exporto, de loco tollo: Deporto, depono: Adporto, aliquid affero.
Compositor anni, qui componit annum, & statuit, qui dies sacri, qui profani. Victor. L. J. C.
Compos, particeps, qui aliquid assecutus. Compos animi, mentis, qui est mente sanâ, *In cervello*.
Compositior, magis compositus. Tac. *Più composto*.
Compostīle, repositorium, ubi lances obsoniorum adservatæ. Ennod. struices patinariæ, à structore compositæ. Sirm. ad Ennod. *Ordinanza di vivande, imbandigione*.
Compotatio, convivium, *Ber insieme*.
Compotivit, compotem fecit. Plaut. Apul.
Compoto, as, p. p. simul poto, *Bere insieme*. Compotus, compotor, compotator, compotrix, compotatrix.

Com-

Compræcido, feco, ſimul præcido. Higen. *Tagliar inſieme.*
Compræſides, ejuſdem rei ſponſores populo. Feſt.
Compræs, *Chi fà ſecurtà.*
Compranſor, ſocius in prandio, *Chi diſina con altri.*
Comprecor, precor, invoco: comprecatio. *Pregare.*
Comprendo, comprenſa, corpora. Lucr. Comprehendo, manu capio, percipio. Comprehenſio, complexio.
Compreſſatus, oppreſſus. Tertull. *Oppreſſione.*
Compreſſus, us, cum virgine admiſſiõ. Plaut. *Violenza virginale.*
Comprimis, inprimis, *Principalmente.*
Compromiſſum, poteſtas decidendi aliquid datæ arbitro ab utroque litigatore, *Compromeſſo.* Compromiſſarius judex, cui lis delegatur, in quem compromittitur.
Comprĭmo, is, p.c. premo, *Stringere.* Compreſſio, *Strettura.* Compreſsè, *Strettamente.* Compreſſiuncŭla, dimin.
Comprŏbo, p.c. Approbo. Comprobator, approbator, comprobatio.
Compromitto, litem arbitrio boni viri, unà cum adverſario, ſubmitto, *Compromettere.*
Compromitto, ſimul promitto; unde compromiſſum.
Comprovinciālis, popularis, civis, incola, *Paeſano.*
Comptiles, compoſiti, *Accomodi.*
Comptum, genus libaminis farinâ conſperſum, coniptum. Feſt.
Comptus, ornatus, à como, is, orno, *Ornare.*
Compugno, ſimul pugno, *Combattere.*
Compulĭt, compulit. Compulſio, quâ quiſquam aliquid facere compellitur. Hermog. Compulſoriales litteræ. L. J. C.
Compulſo, collido, *Urtar contra qualche coſa.* Compulſio, ōnis.
Compulſor, qui compellit. Item qui provinciales cogebat ad penſitationes ſolvendas. L. J. C. Unde litteræ compulſoriales, à compellendo dictæ. Idem.
Compungo, pungo. Compunctus, notatus. Compunctio, ſtimulus, *Puntura.* Compunctorium, compungens.
Compurgatōres, qui ſimul ſe purgabant aliquo ſcelere. Caſell.
Computatio, ad calculum revocatio.
Computeo, putreſco. Computreſcit, putreſcit, *Guaſtarſi.* Suppl.
Compŭto, as, p.c. putum facio, puto ramos ſupervacuos, cædo, *Potare.* Item, computum facio, computare, computatio, *Conto, calculo.* Computabile, *Coſa che ſi può computare.*
Computus, i, ratiocinatio, *Computo.* Cod. ll. ant.
Comūro, pro couro: comitium, pro coitium. Feſt. Lex. Philol.
Comus, quicquid in cœtu aliquo protervè geritur, ſive ſit compotatio, ſive amatoria laſcivia.
Comus, Deus comeſſationum nocturnarum, feſtum ebriorum, convivium nocturnum. Crepalocōmus, hymnus vinolentorum, *Canzone d'ubriachi.*
Con, cum, ſignificat; ſed in compoſitione. Con quom, cum quem. Gloſſ.
Conamentum, conāmen, conatus, us, conata, conatus, *Sforzi.*
Conarem, conarer. Enn.
Conarium, glandula in cerebro. Gorr.
Conaros, p.c. Frutex quidam aculeatus paliurus apud Alexandrinos.
Conauditum, coauditum, ſimul auditum. Feſt. *Vdito inſieme.*
Concăco, p.c. Cacando conſpurco, *Sconcacare.* Concacātum, ſordidatum. Cod. ll. antiq.
Concædes, concila, fragmenta ex rebus exciſis, *Rottami.* Tac. Item, ſepimenta, ligna tranſverſa intercludentia itinera. Rh.
Concœna, conviva. Suppl.
Concalfacĕre, excitare, incendere, *Infiammare, riſcaldare.*
Concalleo, callis obducor, *Far il callo.*
Concambium, permutatio, cambio, as. Cambium, cambio. Cod. ll. antiq.
Concamerare, conformicare, ad formicis formam, & arcuato opere ædificare, *Fare in volte.*
Concameratio, conformicatio, *Opera fatta à volte.*
Concameratiōnes, pergularum hortenſium tecta arcuato opere, *Pergole involte.*
Concamum.
Concanuiſſe, concinuiſſe, à concino, canto, Apul.
Concăpes, tignum junctum ædibus, vel vineæ. Unde
Concăpes vineæ, habens caput ſuum cum capite vineæ conjunctum, cujus eſt radix terræ defixa; hinc, procăpes, deincăpes, ancăpes, primicăpes, deincăpes. Pro, princeps, deinceps, tertiăpes, quintiăpes. Scal. ad Feſtum.
Concapulare, truncare, ſcalpere, exſcindere.
Concarnatur, incarnatur cum alio. Tertull. ut conviſceratur, *Inviſcerarſi.*
Concarnifices, ſocii carnificinæ. Lucil.
Concatenāre, ſimul catenâ conſtringere, *Incatenare.* Tertull. concatenatio.
Concăvo, cavum facio, cavare; unde, concavum, concavitas, concavè.
Concēdo, p. p. permitto, concedere. Conceſſum, conceſſus, us, conceſſio.
Concelebro, frequento, celebrare. Item, diu amare, commovere. Lucil.
Concellita, concellaneus, ſyncellita, cohabitator ejuſdem cellæ. Sid. Cellulani, concelli.
Concentare, frequenter accinere, *Cantar ſpeſſo.*
Concentio, concentus, us, harmonia ex diverſis reſultans vocibus, *Armonia.*
Concentor, qui conſonat cum alio, & concinit canen-

canenti, Synōdus, p. p. dictus; Præcentor, qui ante alium canit: Succentor, qui voce canendo subsequitur canentem.

Concenturio, as, in centuriam colligo, *Mettere insieme cento*.

Conceptaculum, locus rei servandæ, & conceptionis. Conceptare, sæpè concipere. Arnob. Conceptus, conceptacŭlum, locus conceptionis, à concipio, is.

Conceptēla, aquarum conceptaculum, piscina. Beroal.

Conceptio juramenti, jusjurandum. Conceptæ stipulationes, quæ nullius certæ personæ factum comprehendunt, sed scriptæ. Concepti actio, & furtum conceptum, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita, & inventa est; unde furtum per lancem, & licium conceptum, ab eo quæsitum in domo alienâ, licio cincto, lancem ante oculos tenente. L. J. C.

Conceptis verbis jurare, dictatis à deferente juramentum. L. J. C. Conceptus, us. Conceptio, à concipio, is.

Conceptivæ feriæ, quotannis à magistratu indictæ, *Feste mobili*. Stativæ verò stabiles. Mobiles illæ, hæ immobiles.

Concerno, cerno, video, quasi conjunctis oculis. Lex.

Concerptus, laceratus, *Fatto in pezzi*. Concerpĕre, laniare. Concerpo, is, *Squarciare*.

Concerno, is, video. *Vedere*.

Concerræ, congerræ, congerrones, qui simul garriunt. Palm. *Confabulatori*.

Concerto, contendo, *Contrastare*. Concertatio, certamen; Concertatiuncula, concertatorium, contentiosum.

Concesso, cesso abopere, vaco, *Cessare*. Plaut. Concessatio, cessatio, quies.

Concessus, us, permissio, *Concessione*. Concessum, permissum, à concedo, is.

Concha, piscis testâ contectus lævi, *Cappa*. Ostrea, asperâ. Item, testa, vas patulum, *Conca*. Item, tuba, & instrumentum pictorum, in quo colores macerant. Concha striata, *Nicchio*. Mytilus, ex eodem genere. Concha, rhomboide, piscis testaceus, *Mussolo*.

Concha Citheriaca, quæ margaritas producit.

Concha, ostreum marinum, vel aquatile duabus testis tectum: Cochlea verò unica tortuosa. Lex. Phil.

Concha, cavitas auriculæ, quæ ab anthelice clauditur. Item, mensuræ liquidorum Atticæ genus. Gor.

Conchātus, in morem conchæ cavatus, *Fatto a nicchio*.

Conchis, is, fabæ genus, sive edulium ex fabâ, *Favetta*. Conchi, oculorum cava. L. m. Poll.

Conchis, is, faba cum cortice suo elixa, ad differentiam fabæ frictæ, quæ sine corticibus coquitur. Peroe. Item, faba viridis. Item, legumini genus simile lenti. Lex. Phil.

Conchos, maxæ genus laudatissimum. Oculorum concavitas. *Cavo degl'occhi*.

Conchus, lapis in conchâ pisce, unio, à quibusdam Margarita dicta, *Perla*.

Conchylæ, Conchylium, murex, sarra, ostrum, piscis, seu concha, ex quâ purpura eliciur, *Conchiglia*. Conchylegus, illud legens. Cath. conchylilegulus.

Conchylium, purpura, murex. Item, species distincta à buccino, & murice, *Cremesi*. Item, conchylii color, murex, *Porpora*. Jun. Item, omne genus concharum. Item, concha.

Conchyliāta vestis, tincta murice, seu purpurâ, *Tinta di cremesi*. Conchyliātus color. Conchyliarii, conchitæ, conchylilĕgi, qui legunt conchas.

Conchyta, æ, qui conchylia quærit, *Pescator di conchiglie*. Plaut. Conchyliarius, conchylilegulus.

Concibōnes, stellæ, quæ per astrologiam concipientibus aptantur, fortasse concipiōnes. Isid. Gloss.

Concibus, commensalis. Sup. *Commensale*.

Concila, farsilis, Apitianus cibus.

Concidĕre. Concido, is, p. p. minutatim terere, *Smiuzzare*. Item, dolare, permolere, dividere in obscœnis. Palm.

Concides, trunci arborum ingentes. Greg. Turon.

Concido, is, p. p. à cædo, minutatim cædo. Concido, is, p. c. Cado, *Cadere insieme*. Concidentia.

Conciere, cum perturbatione movere. A fran. Concieo, es, concio, is, moveo, convoco, *Convocare, muovere*. Unde, concitus, motus, vocatus, à concieo: concītus, à concio, is.

Concilii abŭlum, locus concilii, & ubi jus dicitur. Hodie pro falso Concilio.

Conciliantur, novi amici: reconciliantur, veteres.

Conciliabundus, conciliatorem agens, & qui conciliat, *Conciliatore*.

Conciliāre, vestimentum cogere. Verbum fullonicum. Varro. Item, vocare in concilium, uniri.

Conciliatio, conciliatura, conciliatus, us, unio, conventio, *Unione, accordo*.

Conciliator, qui conciliat: emptor.

Conciliatrix, conciliatricŭla, mulier, quæ viros mulieribus, & contra, conciliat. Fest. Item, lena. Conciliator, concinnator litium, conciliatura. Conciliatus, emptus, benevolentiâ junctus.

Concilio, as, benevolum facio, jungo, comparo, lenocinor: conciliatus, conciliatè. Item, emptus.

Concilium, cœtus consiliariorum, *Consiglio, radunanza*.

Concinentia, concentus, harmonia: à verbo concino, is, simul cano, prædico, *Cantare insieme*.

Con-

Concinnare, rem effictis mendaciis, omnibus lenociniis perpolire. Item, facere aptè, componere. L. J. C.
Concinnator litium, qui novas lites simulatis captionibus, & cavillis in longum ducere molitur. L. J. C.
Concinnatorius, a, um, ad concinnandum aptus.
Concinnatitium, breviter collectum, & aptè situm. Apul. *Accomodato bene.*
Concinnator, aptator, *Acconciatore, rappezzatore.* Concinnator litium, lites novas producens.
Concinnentia, concinentia, convenientia. Sidon. *Convenienza.*
Concinnitas, brevitas compendiosa. Tum. Concinnus, concinnŭlus, *Assettatuzzo.* Concinnitas, elegantia. Concinnè, concinniter, ornatè. Apul. Concinnāre, aptè componere. Plaut. Concinnus, aptus, *Acconcio.*
Concinnitudo, concinnitas, elegantia, convenientia. Cic. Concinniter, concinnè; concinnator, structor, architectus, & vitiligator, sectator litium. L. J. C.
Concinno, as, aptè compono, *Acconciare.*
Concĭno, simul cano, prædico, *Cantare insieme, predire.*
Concio, ōnis, suggestum, auditorium, & oratio. Concionālis, idoneus ad concionandum. Concionātor, concionarius, concionabundus.
Concio, cis, convoco.
Concionabŭlum, concio, vel locus, ubi ea habetur. Cath. *Predica, ò dove si predica.*
Concipillo, concipio. Plaut.
Concipilo, compilo, corripio, involo. Fest. Plaut. *Involare.*
Concipio, simul capio, & fœtum produco. Concipere, ad certam formulam exprimere.
Concipere verba, certam verborum formulam dictare.
Concipiōnes, stellæ concipientibus aptatæ, & faventes. Cath.
Concisum, in frusta sectum, *Sminuzzato.* Concisè, *Minutamente.*
Concitamentum, incitamentum. Sen.
Concitarium, donum Imperatoris ad concitandos animos militum. Cath.
Concito, as, p. c. commoveo; unde, concitatus, concitatio, concitātor, concitatrix, concitor, oris.
Conclamāre vasa, castra movere, exercitum abire. Conclamatum frigus, extremum. Macer. Conclamatissimè, celebratissimè. Sidon.
Conclamāta corpora, deplorata, *Spediti.*
Conclassāre, conclamare, & conjungere classes. Isid. Gloss.
Conclavāta, unâ clave clausa. Fest.
Conclāve, p. p. conclāvis, conclavium, locus secretior in interioribus tectis, ubi colloquia fiunt, *Conclave Pontificio*; Conclave, propriè locus unâ clave conclusus, constans triclinio, seu salâ, & cubiculis, *Gabinetto*, Gallis; *Appartamento.*
Conclūdo, simul claudo, *Rinchiudere.*
Conclusio, ōnis, clausura, peroratio. Conclusè. Adv. Conclusiuncŭla, parva conclusio.
Concoctio, ōnis, *Digestione.*
Concœnes, viri, qui simul cœnant, non fabulandi, sed edendi gratiâ. Rh. Concœnatio, cœna simul. Concœna, qui unà cœnant. Lex. Phil.
Concŏlor, ejusdem coloris, *Di un medesimo colore.*
Concŏquo, coquo, *Cuocere, digerir.* Concoctio, *Digestione.* Concoctum, *Digerito.*
Concordĭtas, concordia. Pacu. concorditer: Concordium, concordia. Brisson. concordo, as, concors sum, *Accordarsi.* Concordes, *D'un'istesso cuore.*
Concorporāles, dicti contubernales. Commanipulōnes, milites X. in eodem contubernio, camerata. Undecimus, decanus: nos, *Caporale.*
Concorporare, in unum commiscere. Plin. *Incorporare.*
Concors, unius cordis, concordis (contra, Discordis) antiq. *D'un'istesso cuore.*
Concratitium, quod ex confertis cratibus fit. *Clausura di tavole.* Paries concratitius, ex asseribus in modum cratis textus.
Intergestus, Intergerinus, medianus, qui à vicinis factus, ex Paplniano, *Muro di mezzo.*
Congrediar, congrediaris. Plaut. à congredior, ris, *Venir alle mani.*
Concrēdo, p. p. Servandum do, fidei alicujus committo, *Dare in serbo.*
Concreduo, credo. Antiq. Plaut.
Concrĕmo, p. c. Cremo, *Bruciare.*
Concrĕpo, p. c. Persŏno, *Far strepito.*
Concresco, simul cresco, *Crescer insieme.*
Concreti, homines obstructis genitalibus. Rutgerius: à concresco, simul cresco.
Concretio, compositio.
Concretum, mistum, conflatum, conglutinatum, *Attaccato insieme.* Concretio, commistio, *Attaccamento.*
Concrimĭnor, simul criminor, *Incolpare.*
Concubātus, concubinatus. Brisson. L. J. C.
Concubina, mulier quæ consuetudinis, non matrimonii causâ tenetur, concubitus gratiâ, sive stupri crimine. L. J. C. hæc vel pellex, vel amica, utraque voluptatis gratiâ, uxor honoris.
Concubitor, cum alio dormiens, aut coiens, unde, Concubitus, concubinatus, concubitio. Suet.
Concubium, noctis primus somnus, cum tempus non est agendi: Nox concubia. Item, pellicatus. Isid. Gloss. Concubium, concubitus.
Concŭbo, as, concubo, is, simul dormio: Concŭba, quæ cum alio cubat, *Concubina.* Concubinus, puer meritorius. Concubina, concubinā-

binālis, concubinātus; concubitus, coitus.
Conculco, as, calcibus premò: Conculcatio.
Concupio, simul cupio. Concupisco, concupiscentia, concupiscor.
Concumulatio, capillorum in verticem innodatio. Tertull. Concumŭlo, as, accumulo.
Concurātor, conturor, qui simul curat. Concūro, simul curo. Concuratio. Ulp.
Concurrens, concurrentia, superexcrescentia unius diei, vel plurium supra L. duas septimanas; in anno enim bissextili duo dies, aliis unus superbundat. Cath. Item, in officio divino, cum duo sancti conveniunt. Vide Rubricas Breviarii.
Concurro, simul curro. Concurso, discurso, sæpè curro. Concūro, verò, simul curo. Concurrentia.
Concurso, pro concūrsu. Lucr. concursatio.
Concursus, us, cum duo simul currunt, petuntque idem; unde concurrentes, competitores.
Concus, ūtis, radius textorius, quo tela concutiuntur. Salmas.
Concussio, violenta pecuniæ exactio principis, vel magistratus: objecta metu, aut criminis ementita objectio, ad extorquendos numos. Ulpian.
Concussio, commotio totius animi ob aliquam imminentem violentiam. Item, crimen, cum quid officialis à subditis per metum extorquet, aut non facit justitiam, nisi recepta pecuniâ. L. J. C.
Concussiura, concussus, us, concussio. Tertul. à concutio, is, vehementer commoveo, *Crollare*.
Concutere, percellere, perturbare. Item, terrore potestatis aliquid ab aliquo extorquere. L. J. C.
Concūtes, vestes percussæ, contusæ; decūtes, detritæ. Salmas. *Vesti logore*.
Concutia, cocutia, cucutia, vestes benè cussæ, *Follate*. Ita, togæ decutes, à decutiendo, detritæ, *Logore*, *consumate*. Salm.
Condalium, anuli genus, quasi digitum concludat. Fest. Condulus, Plaut. anulus parvus.
Condator, municeps. Sup.
Condavit, distribuit. Sup.
Condĕcet, decet; unde, Condecenter, *Decentemente*.
Condecŏro, as, orno, honesto, *Ornare*. Condecōrè, *Honorevolmente*.
Condemnatus, damnatus. Damnas voti, compos ejus, cujus gratiâ se voto obstrinxerat.
Condemno, as, damno, *Condannare*. Condemnator.
Condensat, condenset, condenseat. Lucr. Condenso, cogo, spisso, condensare. Condensum, spissum, *Spesso*. Condensitas, spissitas. *Spessezza*.
Condepso, commisceo. Condepsere, commiscere, simul depsere, *Mischiare*. Condensitas. Apul.
Condiarium, ærarium. Isid. Gloss.
Condicere, dicenda denuntiare, repetere. Plaut. diem, locumque communi consensu statuere. Item, cum alio dicere. Condicere cœnam, eam denunciare, & se affuturum. Fest. Condīco, is, unà vobis dico. Tertul. unde, condictio.
Condicta, programmăta publicè affixa. Scriban. Condictus dies, statutus, destinatus.
Condictio, actio, per quam rem à nobis mutuò datam postulamus. Unde condictitia actio, quâ quid repetitur. L. J. C. seu, condictio est actio in personam ex obligatione profecta.
Condictio, in diem certum ejus rei, de quâ agitur, denunciatio. Fest. *Azione personale*.
Condictio litis, in diem certum litis denunciatio. Triticiaria, triticaria, triticiana. Cod.
Condictitia actio, quâ aliquid condicimus, & repetimus. L. J. C.
Condictum, quod in commune dictum, pactum invicem factum. Fest. condicta programmata, publicè fixa, *Cedole attaccate in publico*.
Condictus dies, statutus, destinatus per commune dictum. L. J. C. *Intimato*.
Condignum, dignum. Condignè.
Condio, is, sapidum facio, condire. Conditum, p. p. *Condito*. Condimentum. Conditus, us, conditura, *Condimento*. Conditor, ōris, p. p. qui condit, *Conditore*.
Condimentarius, qui condimenta conficit, aut vendit. Tertul. Plin.
Condescensio, citatio irrita, vel litis in alios translatio. A. Bonf.
Condiscipula. Mart. Condiscipulatus, us. Corn. Nep. Condiscipŭlus, cum alio discipulus.
Condisco, disco cum alio.
Condit fulgur sacerdos, cum dispersos ignes in unum colligit, & prece tacita terræ mandat, & sacrat. Hic locus dictus Bidental, vide.
Condita, conditanea, *Conditi*. Propomăta, vide. Aetius. Condita frumenta, in horreis posita.
Condita militaria, quæ in militiâ servantur, *Provisioni*, *è vettovaglie per i soldati*. Casaub.
Conditanea olea, quæ condi, aut condiri potest. Conditaneum, quod condiri, vel condi potest. Non. Varro, à condio, is, *Condire*.
Condites, panis ex alicâ. Onom. m.
Conditio, conditura. Varro, à condio, is.
Conditio, commercium in divortiis dictum, Tuâ conditione non utar.
Conditio, est lex apposita hominum actionibus, eas suspendens. Item, pactio, optio, electio, modus. L. J. C.
Conditio, secundâ longâ, actus condiendi. Conditura, à condio, is. Conditio, secunda brevi à condo, is, actus condendi. Item, status, moderatio, sors oblata, limitatio, &c. Lex. Phil.
Conditionaliter, sub conditione. Conditionalis, cui conditio adjecta est. Conditionarius, censitus, & adscriptitius, familiaris. L. J. C.
Conditicia, quæ reconduntur, ut diutiùs serventur, *Cose*, *che si serbano*.

Con-

Conditium, conditicium, quod eſt conditum, aut condi poteſt. *Caſaripoſta, ò facile da riporſi.*
Conditivum, quod condiri, aut ſervari poteſt ſine læſura: conditiva, conditanea olea; quæ ſervari ſolet. Cato.
Conditor, ōris, qui condit, *Chi condiſce.* Conditor, à condo, qui condit, *Creatore.*
Conditorium, ubi res conduntur. Sepulchrum, *Avello.*
Conditrix, quæ condit. Conditor, qui condit à condio, is.
Conditum, abſconditum, quod abſconditè ſervatur in aliquo loco. L. i. c.
Conditūra, condimentum.
Condivia, domus cum curiâ, & cæteris neceſſariis. Pap.
Condo, repono, ædifico: unde conditor, qui condit. Conditorium, locus, in quo aliquid reponitur, repoſitorium monumentorum. Apul.
Conditum, locus, ubi frumentum condebatur. Veget.
Condo, ōnis, gladiator. Vide, Condones. Cath.
Condocefacio, ſimul doceo, moneo.
Condocti, comici, quum acturi ſunt unà fideliter quod edidicerunt, geſtumque egere. Turn. L. i. c.
Condolium, anulus. Cath.
Condōnes, gladiatores. Iſid. Gloſſ. condo, ōnis.
Condormio, ſimul dormio, *Dormir con altri.*
Condrilla, genus intubi ſylveſtris, *Condrilla.*
Condris, herba, pſeudodictamum quibuſdam.
Condritos, panis ex alicâ. Onom. med.
Condūco, congrego, duco mercede, *Pigliar à fitto:* pretium accipio pro re aliquâ faciendâ.
Condūcit, utile eſt, *è utile.*
Conductēla, conductio. Herib. *Condotta.*
Conductio, redemptio, *Eſſo prendere à pigione, è nolo.*
Conductitius, qui conduci poteſt. Conductitia domus, quæ conducitur, *Da appigionarſi.* Conductor, qui conducit. Conductum, quod conducitur, *Tolto à nolo.*
Conductor, qui vel rei alienæ uſum, vel alieni operis perfectionem certâ mercede pactâ recepit. Redemptor. L. i. c.
Condūlus, condŭlum, condălus, ungŭlum, condalium, anulus, ſymbolum. Feſt. condylus, vide.
Conduplico, duplico. Conduplicatio, *Addoppiamento.*
Condura, genus navigii, *Gondola.* L. g. b.
Condum, poculum Cappadocum: Cothon, Laconicum; cujus latera Ambones dicta. Pol.
Conduma, locus laxationi corporis aſſignatus. Greg.
Condurdon, herba florem rubrum habens, florens Auguſto.
Condus, promuſcondus, qui condit, & ſervat bona domini, *Credenziere.* Item, ſcyphi genus. Cath.
Condyli, p. c. medii digitorum articuli: procondyli, proximi metacarpio: metacondyli, extremi. Rufus, Gorr.
Condylōma, p. p. tuberculum, inſtar nodorum junctturarum, & morbus circa coronam podicis, & vulvæ adnaſcens. Poll. Item, genus glandium, inſtar nodorum. Cath. *Creſte nel ſedere.* Vide, Exŏchas.
Condylomaticus, nodoſus, puſtuloſus. Cath. *Nodoſo.*
Condylus, junctura, & nodus articulorum in digitis, *Nodi, ò giunture delle dita.*
Confabricari, ſimul fabricari, *Fabricarſi inſieme.* Gell.
Coneſtabularius, vide Comeſtabularius.
Confabŭlo, confabŭlor, colloquor, *Favellare, cianciare.*
Confacio, unà facio, obſoletum. Feſt.
Confæta ſus, quæ cum omni fœtu ſacrificio adhiberur, qualis fuit ea, quam cum triginta porculis Æneas mactavit.
Confamŭlor, ſimul famulor.
Confarcio, confercio, impleo, denſo, *Riempire, imbottire.*
Confarrare, farra miſcere. Cerda. adv. Confarreo, es, as.
Confarreatio, ſacrificii genus inter virum, & uxorem, ſacerdotum ſolùm, in ſignum firmiſſimæ conjunctionis. Diffarreatio, cum illud matrimonium diſſolvebatur; Pontificum illud proprium.
Confarreātus, convictor. Item, matrimonio tali junctus. Sup. Conferiatus, ſociatus. Lex. Phil.
Confatālis, eodem fato qui tenetur, *Del medeſimo deſtino.*
Confecērunt, unà fecerunt, Feſt.
Confectio, perfectio, commiſtio.
Confector ferarum, occiſor. Confector coriorum, coriarius. Firm. Item, conſumptor, executor. Confectionarius. Cod. ll. antiq.
Confectōres, paraboli, audaces, truces. Confectorium, chœroſphagium, ubi porci jugulantur. Scal. ad Manil. Item, infectores. Salm.
Confectores, cataboli, qui haſta feras conficiebant in ludo meridiano. Scal. ad Manl. Item, qui ad beſtias pugnabant, & illis conficiendis operam ſuam locabant; Paraboli, ſeu deſperati dicti. Vide Parabolus.
Confectūra, factura mellis, &c. Plin. *Fattura di qualche coſa.*
Confercio, compleo, denſo, *Riempire, imbottire.*
Conferentia, collatio. Iſid. Gloſſ. *Conferenza.*
Conferiātus, ſociatus. Iſid. Gloſſ.
Confĕro; in unum fero, *Mettere inſieme, conferire.*
Conferentia, collatio, ſacrorum communicatio, *Conferenza.*
Confertus, plenus, denſus: confertim, denſè, plenè. Conferta ratis, inærata. Scal. Confertio, conſtipatio. Cath. Conferta ſus, quæ

cum

Digitized by Google

cum omni fœtu adhibebatur sacris; sicut, Ambegna bos, cum partu ad latera. Fest. Difertus, plenus. Confertus, densus.
Conferrumino, ferrumino, conglutino, *Incollare, saldare*.
Conferva, trichomănes, trichōdes, herba, quæ nascitur in aquis dulcibus in fundo, villosa, capillosa, spongiæ instar. Plin.
Conferveſco, conferveo, simul ferveo, *Riscaldarsi*.
Confervi, cognovi, comperi. Isid. Gloss.
Confessio, ara, capsula reliquiarum. M. S.
Confessor, qui de fide interpellatus ab hostibus eam profitetur. Confessorcŭlus, professor, qui ultrò profitetur. Extorris, qui ob timorem abnegat. Cerda. Confessoriæ litteræ, quæ ab incarceratis ad Episcopos scribebantur pro lapsis. Scriban.
Confessum æs, passivè, *Debito confessato*.
Confessorius; contra, negatorius. Ulpian. *Chi confessa, non niega*.
Confestim, è vestigio, statim, *Subito*.
Confibula, quæ cum alio ligat. Cato. *Fasciatura di arbori, quando crepano, grappa*. Vide, Fibulæ.
Confĭcina, macellum. Pap.
Conficio, is, perficio, occido, *Finire, ammazzare*.
Conficĭtant, confingunt. Næv. Varro. Confictio, machinatio. Confictus, fictus. *Finsione*.
Confida, dubitator. Isid. Gloss.
Confidei jussor, qui simul cum alio spondet, *Chi fà pagator con un altro*.
Confidentilŏquus, qui confidenter loquitur, Plaut. Confidenter. Confidentia, audacia, vitii est: Fiducia, in bonis.
Confido, is, nihil dubito, *Confidarsi, sperare*. Confidens, p.p. *Ardito*.
Confici, perfici, *Finirsi*.
Configere oculos cornicum, callidos homines astutiâ superare. Configurare, Apul. Colum.
Configo, p. p. transfigo, *Conficcare*. Confixum facere, configere. Confixus, telis confossus.
Configŭro, figuro, *Figurare*.
Confinati, qui ad loca assignata accedere noluerunt. L. J. C.
Confines agri, qui iisdem se finibus attingunt. L. J. C.
Confingo, fingo, *Fingere*.
Confinialis, qui genere, vel loco affinis. Isid. Confinālis, Pap.
Confinis, p. p. qui simul finit. Confines agri, conterminii, *Confinanti*.
Confinium, finis agri, ubi cum altero conjungitur, *Confine*. Colum. Confinius, urbanus. Pap.
Confio, conficior. *Esser fatto*. Item, efficio.
Confirmare, meliùs habere, vires recuperare, Hadr.
Confirmatio, juris priùs habiti corroboratio. Item, sacrorum, & manuum impositio. L. J. C.
Confirmatio, pars orationis Rhetoricæ, *Confirmătione*. Confirmitas.
Confirmātor, qui confirmat.
Confirmo, as, firmum facio, *Confermare*.
Confisco, in publici ærarii jus reduco; in fiscum, & pecuniam publicam res reduco, *Confiscare*. Confiscatio, publicatio bonorum, *Confiscatione*.
Confisio, confidentia; Confisus, confidens, *Ardito*.
Confit, conficitur. Plaut. *Si finisce*.
Confiteri, fateri, *Confessare*. Confessio, confessor; Confessorium, ad confessionem pertinens.
Conflabellare, flabellis concitare. Tertul. *Accendere con ventaglio*.
Conflacceſco, quieſco. Gell. *Pacificarsi*.
Conflagrāre, ardere, flammis consumi, *Ardere, abbrucciare*.
Conflages, confrages, p.p. loca, in quæ diversi conflant venti, aut flumina, à conflo, as. Fest. Confluges.
Conflare, simul flare, liquefacere, signare, *Soffiare, struggere*. Metallum ad informem massam reducere.
Conflatile, quod flando conflatum est, ut signa ænea, *Fatto di getto*.
Conflatilia, signa facta ex metallo liquefacto, *Di getto*. Conflatura, Conflatio. Plin. metallorum mistio per ignem, *Struggimento*.
Conflator monetæ, *Gettator di monera*. Conflator bombardæ. *Fonditore*.
Conflātim, copulatim, contextè, à conflo. Isid. Gloss.
Conflatorium, vas in quo liquefit metallum. Voc. Eccl. *Vase dove si struggono i metalli*.
Conflatura, conflandi ratio, fabrica, *Lo stesso struggere, òliquefare; struggimento*.
Conflicto, conflictor, pugno.
Conflictatio, conflictio: conflictus, conflictatio, &c.
Confligium, fluctuum concursus. Solin. Conflictus, conflictio, prœlium. Conflictari, concertare. Confligĕre, prœlium committere, *Venir alle mani, combattere*.
Confligo, unà ligo: prœlium ineo. Lex. Phil.
Confluens, alveus, in quo duo flumina conveniunt, confluentia. Macr. Item, abundantia. Voc. Eccl. *Corrente, è congiongimento di due fiumi*.
Confluges, p. p. loca in quæ rivi diversi defluunt, conflages, confrāges. Scal. Fest.
Conflumeus, qui eodem flumine utitur. Apul. *Chi si serve del medesimo fiume*.
Confluxet, confluxisset. Lucr.
Confodĕre, transforare. Confossum, vulneratum.
Confodio, is, *Forare, cavare*.
Confœdusti, eodem fœdere conjuncti, socii, confederati, antiq. confidusti. Scal.
Confœta sus, quæ cum omni fœtu adhibita ad sacrificium. Fest.
Conforaneus, unius fori. Isid. *Del medesimo foro*.

Con-

Confŏre, futurum esse.
Conforire, fœdare, aut concacare. Pomp. Conforio, stercore inquino, *Smerdare*.
Conformis, ejusdem formæ, *Conforme*.
Conformo, figuro, *Dar forma*, Conformatus.
Conformatio, formæ compositio. Item, color Rhetoricus, *Conformatione*.
Confornico, in fornicem formo, *Far in volta*. Vitr. Confornicatio, Confornicātum.
Conforto, as, *Confortare*. Hieron.
Confoveo, simul foveo, *Covare, tener caldo*.
Confracuit, fracidum est, *Infracidito*.
Confrăges, loca, in quæ confluunt venti, ac saxa frangunt. Næu. conflages. Vide, Confluges.
Confragmentum, simul rugosum, ut mons. Isid. Gloss.
Confragōsæ conditiones, perplexæ, obscuræ. Plaut. Lex. Phil.
Confragōsus, confrăgus, præruptus. Confrăgum, asperum, inaccessum, *Scoscoso*.
Confrăter, frater, consors: Confratrissa, consortor, *Confrate, confratessa*. Confrattia.
Confrĭcōscus, confractus, *Ammaccato, spezzato*.
Confricāre, exacerbare. Gell. simul fricare, *Fregare insieme*.
Confŭga, æ, qui ad asylum, vel cum alio confugit. Cod. L. i. c.
Confugēla, confugium, Fest. Confugium, perfugium, confugio, *Ricorrere*.
Confulcio, sustento, *Fortificare*.
Confulgeo, resplendeo, *Risplendere*.
Confundo, commisceo. L. i. c. Item, ita misceo, ut separari non possit.
Confuraneus, coartifex. Gl.
Confusaneus panis, è diversis constans, *Pan di mestura*.
Confusè, confusim, perturbatè, *Confusamente*. Confusio, verecundia, perturbatio, *Confusione*.
Confūto, p. p. refello, convinco, redarguo. Confutatio, in personam: Refutatio, in rem est. Don. *Confutare, convincere*.
Congelāre: congĕlo, p. c. conglacio, *Agghiacciare*. Congelatio, *Gelamento*.
Congelativa, medicamenta fluxum sistentia. Parac. Congelascere, congelari, *Gelarsi*. Marc.
Congemino, as, duplico, *Raddoppiare*. Congeminatio, *Raddoppiamento*.
Congĕmo, p. c. simul gemo; *Gemere insieme*.
Congĕner, ejusdem generis: Degĕner, diversi generis, & degenerans.
Congenĕro, adjungo. Non. simul genero.
Congenuāre, congredi, genua jungere, in obscœnis. Scal. Var.
Congenuclo, as, flector genibus. Non.
Congenulāre, genu replicato cadere, genibus flecti. Cæcil. *Inginocchiarsi*. Congenŭlo, as.
Congeria, Congeries, coadunatio, cumulus, *Ammassamento di molte cose*. Congestus, us, cumulus, *Mucchio*.
Congermino, coalesco. Vide, Coaleo.
Congermineścere, coalescere. Non. *Acquagliarsi*.
Congerōnes, aliena ad se rapientes. Plaut.
Congĕro, is, congrego, *Adunare*.
Congerro, ōnis, confabulator, cum quo facetè versamur, *Compagno incianciare*.
Congestè, congestim, confusè, *Confusamente*. Congestus, congregatus, accumulatus, *Ammucchiato*.
Congestitius locus, non solidus, ad jacienda fundamenta. *Terra smossa*. Vitr. Congestitius tumulus, factus è congestâ terrâ. Congestitium, quod congestum est, *Fasto di terra posticcia*.
Congiarium, munus Imperatorium populo datum, *Dono imperiale*. Svet. Item, sportula diurni laboris data affectis civibus à dominis, *La parte, ò portione*. Item, mensuræ genus.
Congiarius cadus, continens congium. Congialis.
Congio, is, per augmentum cresco, congero. Unde, Congiarium. Vel à congio, mensurâ. Cath.
Congius, congium; congiarium, mensura liquidorum sex sextariorum.
Conglaciāre, in glaciem converti, *Aggiacciare*.
Conglobo, as, p. c. in modum pilæ convolvo, *Pallottolare*. Conglobatio, conglobātim; conglobātum, per globos, *Appallottolato*.
Conglomerāre, involvere, superaddere, *Dipanare*.
Conglutināre, glutino componere, ferruminare, *Incollare insieme*. Conglutinatio, conjunctio.
Congræcāri, compotationibus indulgere. Pergræcari: meliùs congræcare, *Sbevacchiare*.
Congredio, congredior, simul gradior, *Andare insieme*.
Congrediri, congredi, Plaut. Apul. Non. *Venir alle mani*.
Congregātim, denso agmine, turmatim. Prud. *In schiera*.
Congressus, congressio, conventus, conflictus.
Congrex, unanimis, & gregi copulatus; contra, Egregius, separatus ob excellentiam; at, Segrex, Segrĕgus, à segrĕgo, separatus à grege.
Congrio, à pisce congro dictus. Plauto.
Congruentia, convenientia. Congruĕre, more gruum convenire. Congruĭtas, congruentia. Symmach.
Congruo, convenio, concordo, *Confarsi*. Congruum, conveniens, *Convenente*. Congruenter, *Convenevolmente*.
Congrus, conger, piscis maris, *Congro*.
Congylis, genus rapi rotundi. Colum.
Congyrāre, circumdare, Voc. Ecc. *Circondare*.
Conhibentia, conniventia, Cassian. Item, assensus, collibentia. Cath.
Conia, pulvis athletarum, *Polvere de lottatori*.
Coniama, tectorium. Coniates, rector. Bud.
Coniastacte, lixivium distillatum. L. m. *Lessia, ranno distillato*.

Co-

Coniatæ, christæ, aliptæ, unctores, qui athletas luctam inituros ceromate ungebant.
Coniates, qui parietes incrustat. Coniasis, incrustatio, tectorium opus, *Intonico*.
Conibentia, cohibentia, pro conniventiâ: unde, connibŭlus, Salmas. *Dissimulatione*.
Conjectanea, orum, libri conjecturarum. Conjectare, conjicere: conjectio, conjectura. Ulpian. Conjicio, is, arbitror, *Giudicare, congietturare*.
Conjectarium, efficax, perfectum. Non.
Conjectio, actus conjiciendi: item, conjectura.
Conjectio causæ, compendium, summula. Turn. *Compendio, sommario*.
Conjecto, as, existimo, judico, *Far congiettura*. Conjectatorie, conjecturaliter, *Per congiettura*.
Conjector, somniorum interpres. Cic. Fest. *Interprete de sogni*. Somnisolutor.
Conjectum, contributio, collecta victus. Greg. Turon. *Collesta, contribuzione, sovvenzione*. Cod. Il. antiq.
Conjectura, rei latentis judicium, *Congiettura*.
Conjecturālis status, qui per conjecturas quæritur. Conjectatio, conjectus, us, congregatio. Lucr.
Conjectūro, as, conjicio, *Congietturare*.
Conjectus, us, jactus, *il tirare, tiro*. Item: congregatio. Lucr.
Conifer, qui fert conos, *Chi porta pomi nel pino, à simili*.
Coniferæ cypariffi, conos ferentes.
Coniflo, ōnis, stolidus. Sup. *Balordo*.
Conjicio, simul jacio, probabiliter colligo. *Congiettura*.
Conila, olus cicutæ simillimum: conion, cicuta.
Conion, cicuta, lethifera herba.
Coniopŏdes, conipŏdes, calceamenta lacera, non cooperientia totum pedem.
Coniortos, pulvis in aere excitatus, *Polvere levata in aria*.
Coniptum, libamen ex farina conspersum. Item, ornatus. Fest.
Conire, coire, & simul ire, consilium accipere. Pap.
Conisere, comisare, arietare, frontem fronte percutere, Κεζαρτε. Conisatio, Κεζαια, à conisco.
Conisicæ, conisticæ, aves pulveratrices, quæ se in pulvere soleant volutare. Rh.
Conisterium, arena, & locus pulveris, ubi luctaturi post ceroma pulvere aspergebantur. Vitr.
Conisticus, qui libenter se pulvere aspergit. Conistica aves, pulveratrices. Rh.
Conistra, conistica, palæstra, volutabrum pulvereum.
Conisticæ, vide Conisicæ.
Conisulos, sudor palæstritarum. Gal.
Conitum, libaminis genus farina conspersum. Item, ornatus. Afran. Fest.
Conjuge, conjunx, conjux, *Marito, ò moglie*.
Conjubātus, conjugatus. Glos. *Maritato*.
Conjugāta, verba ab uno genere deflexa. Co-

niugo, as, p. c. in unum jugum jungo, *Congiongere*. Unde, Conjugata: conjugator, qui conjungit: conjugatio, conjunctio.
Conjugium, status eorum, qui sunt conjuges.
Conjugŭlus, conjugŭla, myrtus, seu conjugalis. Cato.
Conivŏla, oscula. Fest. *Baci*.
Conivŏli, concordes, juncti. Isid. Glos. Cohibŭlum, conivum, cohivum, concorde. Scal.
Conivum, calix rosæ, cohivum. Sup. Conivulus, dimin.
Conium, herba noxia cum tritico nascens, cicuta.
Conjūro, simul juro, consentio. Conjuratio, *Congiura*. Conjurati, qui conjurarunt.
Conjux, uxor, seu maritus, *Moglie, ò marito*. Conjugium. Conjugāle, ad conjugium pertinens. Conjugis, e, idem jugum habens.
Conlabefio, vide Collabesco.
Conlativum, sacrificium, quod ex collatione offertur. Fest. *Fatto d'offerte*.
Colativus venter, magnus. Fest. *Ventrone*.
Conlātro, latrando infesto, *Abbajare*.
Conlicĕre, falso gaudio perfundere. Palm.
Conlectus, conlectio. Virg.
Conlocāre, cadaver in vestibulo ædium efferendum ponere, antiq. B. Vulc.
Conlucare. Vide, Collucare.
Conludium. Vide, Colludium.
Conminiscor, reminiscor. Supl. *Rammentarsi*.
Conmŏlunt, dentibus comprimunt. Isid. Gloss.
Connatāre, connāre, simul natare, rivalem esse. Unde, connatio, simul natatio. Item, ejusdem mulieris cum alio coitio.
Connato, p. c. as, simul nato, *Nuotar insieme*.
Conna, palberæ brevitas. L. m.
Connecto, simul necto, *Annodare insieme*. Connexus, us, connexio, *Aggroppamento*.
Connexa, quæ licèt inter se diversa, jugunturtamen. L. J. C.
Conniventia, dissimulatio. Contra, inconniventia, non dissimulatio.
Connivēre, oculis semiclausis intueri. Conniveo, es. Connivo, is, xi, antiq. *Far sembianza di non vedere*. Item, dissimulare, quiescere.
Connivum, folliculus rosæ clausus. Lex. Phil.
Connixa, partu liberata. Isid. Gloss.
Conno, as, simul no. Connăto, simul nato, *Nuotare insieme*. Vide, Connatare.
Connubium, jus legitimi matrimonii. Connūbo, is, matrimonio jungor, *Maritarsi*.
Connubium, status eorum, qui nupserunt. Connubius, a, um. Lex.
Connuo, simul nuo, *Accennare con altri*. Cath.
Conoides, formam coni habens. Item, cupressus fœmina, quæ in fastigium convolvitur.
Conon, figura ab amplo in angustum desinens. Isid.
Conopēum, p. p. tentorium, seu velum, *Padiglione*. Papilio ad arcendos culices, conopas dictos.

ctos. Reticulum. Item, rete in similitudinem tentorii textum. Isid.
Conopodes, senatores. Asini, plebs. Plut. probl.
Conops, culex, species muscæ: conōpes, culices, Pap. *Zanzara*.
Conor, nitor, ut aliquid fiat, *Sforzarsi*.
Conos, placenta ex uvis passis, & amygdalis. Rh.
Conostaulus. Comes stabuli Imperatorii. Buleng. *Conestabile, contestabile*.
Conquadrant, conveniunt. Sidon. In quadratam formam redigunt, *Squadrare*.
Conquassare, concutere: conquassatio, *Scuotere, fracassare*.
Conquaternare, librum per quaternionem compingere. B. Vulc.
Conquaterno, quaternatim jungo. Sup. *Metter à quattro à quattro*. Conquaternatio, equorum quatuor.
Conquem, cum quo, antiq.
Conquestio, querela: Conqueror, *Querelarsi, lamentarsi*.
Conquexi, à conquiniscо, & conquinio, caput inclinavi. Pompon. *Abbassar il capo*.
Conquinare, coinquinare Conquinise, decubare. Scal.
Conquiniscо, conquexi; conquinio, caput inclino, *Chinar il capo*. Plaut. Conquiniscere, puerile officium facere. Item, puerile corollarium præbere, in obscenis. Plaut.
Conquiro, diligenter inquiro, *Cercar con diligenza*. Conquisitè, diligenter.
Conquisitores, qui milites conquirebant; commissarii, inquisitores in ludis theatralibus.
Congregio, in auguralibus, regio intra fines comprehensa. Turn.
Contegione, è regione. Fest. *Contrettione, di rimpetto*.
Conrei, qui simul ob eamdem causam rei facti sunt. Conreus, qui una reus se obligavit. L. J. C.
Conruspari, conquirere. Plaut. Fest. investigare. *Raspare*.
Consacraneus, symmysta, eorumdem sacrorum socius. Lex. Phil.
Consæpè, ut adsolet. Isid. Gloss. *Al solito*.
Consalanes, commarinus. Sup. Diœcesaneus. Glossar. Casaub. ejusdem salis particeps. Lex.
Consalutare, ultrò, citròque salutationem dare, *Salutarsi l'un l'altro*.
Consano, as, sanum efficio. Ulp. *Sanare*.
Consanguinei, qui sanguine inter se conjuncti per virilem sexum, *Parenti, parentado da lato d'huomini*. Consanguinitas, ipsa sanguinis conjunctio. Fraternitas,
Consanguinei, fratres, sorores ex eodem patre prognati prognatæve. L. J. C. Germani, ex utroque parente.
Consanguis, maritalis; sanguis enim mariti sanguis est. Apul.
Consanesco, sanus fio, *Sanarsi*.
Consarcinare, nullo delectu, simul sarcire, *Cucir insieme*. Consarcinator vitium, Rabula, vitiligator.
Consarcinator, qui consarcinat, *Rappezzatore*.
Consarrio, is, sarrio, *Zappare, cavare*.
Consarsum, acutè textum, plumarum. Pap.
Consaucio, ferio, *Ferire*.
Conscapium, interscapium, interscapulum, pars sub collo inter scapulas. Salmas.
Conscapula, dorsum. Sup.
Conscarifico, derado. Sup. *Grattare, radere*.
Conscelerare, scelere conspurcare, *Sporcare di sceleraggine*.
Conscendere navim, ascendere, *Entrar in nave*. Conscensio, ascensio, *Entrata*.
Conscia, consciola, ancilla, respectu heræ, cujus facta novit. Lex. Philol.
Conscientia, animus sibi conscius. Lex. in homine.
Conscientia dominica, pro conscio domino. Auctor de limit.
Conscindere, in multas partes scindere, lacerare, *Spezzare, Squarciare*.
Conscio, mihi conscius sum, *Son consapevole*, Conscivit, incubit, consensit.
Consciscо, consentio, statuo apud me, *Consento, delibero*. Conscisсere sibi mortem, *Ammazzarsi*.
Conscissura, ipsa ruptio, *Rottura, sdruscitura*.
Conscius, qui rem scit, particeps, *Consapevole*. Conscientia, recordatio, *Coscienza*.
Conscōtus, qui simul est in tenebris. Lucil.
Conscreabor, conscreabo. Plaut. *Conscreare, sputacchiare*.
Conscribere, multa scribere. Exscribere, ab aliis scriptum transferre, *Copiare*. Transcribere, jus suum in alium transferre. Inscribere, accusare. Describere, ordinare. Præscribere, confiscare. Agræ.
Conscribillo, conscribo, antiq. Non. levissimas punctiones facio, quæ dictæ sphragitides.
Conscripti patres, ex equestri in Senatum lecti, per inopiam Senatorum. Fest.
Conscriptio, inventarium. L. J. C. Item, scriptio, *Scrittura*.
Consecо, disseco, *Tagliare*.
Consecraneum, quod consecratum est: vocabulum castrense, militaneum. Capitol. *Consagrato, militare*.
Consecraneus, commilito. Item, quasi ejusdem Sacramenti militaris. Symmysta, ejusdem sacri particeps, consecratus. Sup.
Consecrātum, scelestum, detestabile, antiq. Item, dicatum, sacrum. Consecrātor, qui consecrat; Consecratio.
Consecro, as, p. c. sacro, dico, *Consagrare*.
Consectaneus, alios sequens, qui in eadem est hæresi. Tertul. ejusdem sectæ. Sidon. & qui alterius sequitur sententiam.
Consectarium, argumentum breve demonstrativum,

tirum, in quo consequentia statim sequitur; Antecedens dictum.
Consectarius, consequens. Cic.
Consectio, sectio. *Taglio*. Asecо, as.
Consector, avidè sequor, *Andar dietro*. Unde, consectatio, consectator.
Consĕdo, ōnis, p.p. consessor, qui cum alio sedet. Assĕdo, ōnis, p.p. qui juxta assidet; unde, Assessor. Non. *Assessore*.
Consellæ, sellæ duæ geminæ. *Due selle*.
Conseminea sylva, conseminālis, ex variis arborum generibus confusè conſita, *Selva di varii arbori*.
Conseminetum, conseminālo, in quo varia semina commissa sunt. Conseminеæ vineæ, in quibus diversa vitium semina commissa sunt, & acervatim confusa. Colum.
Consenesco, senesco, *Invecchiare*.
Consensio, ōnis, communio rerum omnium. Speusip. consensus, us, concordia.
Consensus, us, voluntatum concursus, idem probantium.
Consentes, Cosentes, Dii, Paredri, quasi Jovis consiliarii, & assessores. Consentius, consessus, consilium, collegium. Salmas. Novensiles. Vide.
Consentia sacra, gentilium, quæ ex consensu multorum sunt statuta. Fest. Dii consentes XII. qui in consilium Deorum adhibebantur. Penates.
Consentio, is, convenio, *Consentire*. Consentiens, consentaneum, conveniens.
Consentire, in unam sententiam ire, & concurrere.
Conseptum, clausura, *Chiusa*; à verbo, consepio, sæpè circumdo. Conseptus, undique tectus, *Attorniato di siepe*.
Consĕqua pagina, consequens. Sidon.
Consequiæ, sequelæ, è consequendo, sicut exequiæ ab exequendo; consequor, *Conseguenza*.
Consequimur, studio: obsequimur, officio: persequimur, injuriâ: prosequimur, ordine: assequimur, voto. Agr. Consĕquor, sequor, *Seguitar di fatto*. Consequentia, Consequens, argumenti conclusio, quod ex alio sequitur.
Consequium, quod consequitur. Consĕquus, ut persicus, præsicus. Lucr.
Consĕro, is, p.c. rui, conjungo, connecto, *Mischiare*. Unde, consitio. Conserere manum, & manu, cominus rem gerere, prœliari, in rem præsentem venire. Consertor, conserte, conjunctè.
Consĕro, is, p.c. sevi, situm, planto, semino, *Piantare, seminare*. Unde consita.
Conserrātum, in modum serræ factum, dentatumque, *Fatto à guisa di sega*.
Conserta, innexa, conglobata: Pap. *Intrecciati, annodati*. Consertor, qui innectit: Consertò, conjunctè. Consertum, connexum.
Conservator, servator: Judex datus ad defendendum aliquem in manifestis injuriis, judiciali ordine non urens. Conservo, as, servo. Conservatio. Conservatrix.
Conservatorium, sacristia. A. Bonf.
Conservitium, conservus, quicum alio servit. Conservitia, conserva: Tertull. conserva, conservus.
Consessus, us, homines in uno loco sedentes. Consessor, qui una sedet, à consideo, es, p.c. simul sedeo, *Sedere à lato*.
Considero, cogito. Considerātor, quæstor. Gell.
Considero, contemplor, perpendo.
Consido, p.p. simul assido, *Fermarsi in viaggio*. Item, sedem pono, dehisco.
Consignare, signo notare, *Sigillare*. Consignantiùs, significantiùs. Gell. Consignatio, sigilli impressio. *Sigillatura*. Consignatus, obsignatus, *Sigillato*.
Consignatissimè, significantissimè. Gell.
Consileo, conticeo, *Tacere*.
Consilesco, sileo.
Consiliāre, cogere pedibus, quod erat fullonum, insultum pedum; unde, consilium dictum. Guliel. Turn.
Consiligo, radicula pulmonaria. Colum.
Consiligo, herba dicta, quòd in campis inter siliginem, triticumque sæpiùs emergat. Ruell. Lex. Philol.
Consilior, aris, capio, & do consilium. Consilio, vide.
Consiliōsus, consilii abundans. Gell. Consilior, consilium do. Hor. in arte. Consiliātor, consiliosior, consiliosissimus. Consilium, deliberatio, *Consiglio*. Unde, consiliarius.
Consilio, is, simul salio, *Salire*. Consilio, as, delibero, consulto, *Consigliare*. Consiliator, qui consilium dat. Consilior, consulo, delibero.
Consiluere, conticuere. Enn. Consileo, consilesco, *Tacere*.
Consipio, simul sapio. Gell. Lex. Philol.
Consipit, saporem habet. Isid. Gloss. Fest. Consipere, saporem habere. Scal. *Haver sapore*.
Consiptum, conseptum. Enn. confixum. Fest. *Inceppato*.
Consistērium, rupes alta. Pap.
Consisto, resideo, resto, *Fermarsi*. Consistisse, pro constitisse. Lips.
Consistoriani, qui jus sedendi in consistorio habent. L. J. C.
Consistorium, locus, in quo consultandi gratiâ de rebus gravibus homines conveniunt. Consistoriani, Senatores. Ambr. Item, ubi servi cubicularii consistebant. Tertull. Comitium Pontificium.
Consita, plantata: consitor, plantator.
Consitio, consitura, à consĕro, ris, evi.
Consmittere, committere.
Consitor, logotheta, plantator, consitio, consitum, consitura.
Consobrini, sobrini, ex duabus sororibus editi, quasi,

quasi consorini. Patruēles, ex fratribus, *Cugini*.
Consocēri, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Suet.
Consocio, societatem ineo, *Accompagnare*. Consociatio, societas. Consociatus, *Accompagnato*.
Consolatio, solamen. Item, consultatio. Salm. ad Capit.
Consolator, consolabundus, agens consolatorem, *Consolatore*. Consolāri, consulere. Consulĕre, consolari. Salm.
Cosolida, herba nota, symphtum. Vide.
Consolido, as, p. c. *Saldare*. Consolidatio, *Saldamento*.
Consolino, consulo. Cabilin.
Consōlo, consōlor, *Consolatium* fero. Consolabile, consolatrix, consolator, consolatorius, consolabundus, *Consolare*.
Consomnio, simul somnio, *Sognare*.
Consŏno, simul sono, *Consuonare*.
Cousŏnum, conveniens. Consonantia, vocum concordantia, *Consonanza*.
Consopio, in somnum induco, *Addormentare*.
Consopit concidere, consopiendo cogit concidere. Palm.
Consorire, inquinare se stercore, vel se percacare. Onom. Med. Consorite.
Consocius, simul socius, *Concompagno*.
Consocius, cui communis est sors cum alio. Gloss. Lex. Philol. Item, ejusdem sortis, & conditionis; unde consortium. L. i. c.
Consortes, dominus, & vasallus, Pares, dicti etiam: Lex. i. c. & qui suas sortes vicinas habent. Cod. ll. antiq.
Consortio, consortium, consortiatio, societas, *Consortio, compagnia*. Item, conjugium.
Consortis, consors, ejusdem sortis. Sup. *D'una medesima sorte*.
Consparsio, conspersio. Tertull. Sparsio.
Conspersio, farina per aquam conglutinata sine fermento. Cath.
Conspergo, perfundo, aspergo, *Spargere, sprazzare*. Unde, conspersus, sparsus.
Conspicillum, conspicillum, unde clam conspici potest, *Balestriera, vellesta*. Item ocularia, *Occhiali*. Conspiciŏlum, dimin. parvum conspicillum. *Occhialetto*.
Conspicabile, conspicuum. Prud. conspicor, p. c. āris, rimiror, intendo, conspicio, *Rimirare*. Conspicabundus, aptus ad conspicandum.
Conspicillo, ōnis, speculator, *Spione*.
Conspicio, is, video, cerno, quæ oculorum conspectum finiant. Varro. Unde, conspicuus, conspectus. Conspicio, cortumio, verba auguralia.
Conspico, as, p. p. spicas colligo. Cath. spicilegium dictum, *Spogliare, coglier spighe*.
Conspirāre, simul spirare, conspiratius, adverb. Conspiratus, us, conspiratio, conjuratio, Gell. *Congiura*. Conspicax, conspicacia, conspicacitas.
Conspirāti, qui simul conspirarunt. *Congiurati*.
Conspiro, simul spiro, conjuro, *Congiurare*.
Conspisso, condenso, *Spessire, indurare*.
Consponsi, consponsores, qui simul spondent, fide mutua ligati. Consponsum, compromissum.
Conspor, conjurator. Sup.
Conspuo, spuro, inquino. Conspūro, frequenter conspuo, *Spuacchiare, sporcare con spuo*.
Conspurco, fœdo, commaculo, *Sporcare*.
Constabilio, firmum reddo, *Stabilire, formare*.
Constabŭlus, comestabulus, præfectus exoticarum auxiliarium copiarum, prima dignitas.
Constafolarii, assessores judicii. Isid. decuriones. L. J. C.
Constat, manifestum est, stat, valet, *Chiaro, constia*.
Constellatio. Firm. *Costellazione*. Constellātus, stellis insignitus, *Stellato*. Cath.
Constantia, perseverantia.
Consternāri, pro erigi dictum. Pacuv. Consternari, perturbari animo, *Conturbarsi*.
Consternatus, territus, conturbatus, à consterno, as, turbo, *Sbigottire*. Consternatio, concitatio, *Sbigottimento*. A sternata mente, ex aliquo metu.
Consternium, locus propè thermas, ubi vestes reponebantur, & sternebantur. Lex. Philol.
Consterno, as, sternendo operio, *Distendersi*. Item perturbo. Consternere lapidibus, *Lastricare*. Unde, Constrātum rectum, *Coperto*.
Constiteremus, pro consisteremus. Brisson.
Constipo, p. p. constipare, in unum densare, *Spessare*.
Constituere, convenire, & conveniendo se obligare ad id, quod jam debitum est. Item, bonam dispositionem adhibere. L. i. c.
Constituere quæstionem, decernere, ut judicetur. L. i. c.
Constitutio, jus quod à Principe conditur, triplex, epistola, edictum, & decretum: constitutio Divalis Imperatoria. L. i. c.
Constitutoria actio, Constitutiva, datur in eum, qui se soluturum promisit. L. i. c.
Constitutor, qui pro alio se soluturum, aut factum promittit. L. i. c.
Constitutum, conventio, qua quis spondet se staturum certo loco, & tempore, vel se soluturum citra stipulationem. L. i. c. Item, conflictus, aut litigatio forensis. Petron.
Constitūtus, us, consistentium hominum multitudo. Varro. Constitutoria actio. Constitutor: constitutum, constitutio, ordinatio, *Costituzione*. A constituo, is, statuo, *Stabilire*.
Constips, particeps. Pap.
Constituo, statuo. Constitutio, lex, statutum. Constitutor. Constitutoria actio.

Con-

Conſto, as, conſtans ſum, valeo. Conſtat, patet. Conſtantia, animi firmitudo. Conſtanter.
Conſtrata navium, fori, tabulata. Petr.
Conſtringo, ligo, *Stringere*. Conſtrictio. Conſtringendus.
Conſtruo, ſimul ſtruo, *Fabricare inſieme*.
Conſtructio, ſtructura, *Fabrica*. Unde, conſtructio.
Conſtratæ naves, quæ cataſtroma habent, tectæ, *Coperte*. Contra, Apertæ.
Conſtupro, ſimul ſtupro. Conſtuprātor, &c.
Conſualia, feſtum in honorem Conſi, Dei conſilii.
Conſudo, conſudaſco, in ſudorem mutor, *Sudare*.
Conſuefacio, uſu doceo; contra, Diſſuefacio.
Conſueo, ſoleo. Gloſſ. A.L. Conſueſco, conſuetudinem habeo, *Eſſer conſueto*.
Conſuetim, ex conſuetudine, *Per uſanza*.
Conſuetio, conſuetudo. Plaut. Feſt. *Uſanza*.
Conſuetudinarius, conſuetus, Sup. Sidon. *Conſuetudinario*.
Conſuetūdo, conſuetio, onis, mos, *Coſtume, uſanza*. Jus non ſcriptum, moribus utentium comprobatum. L.J.C.
Conſul, à conſulendo dictus, quòd conſulat Reipublicæ.
Conſulta, conſultio, conſultatio, ut declamata, declamatio. Salm.
Conſulto, ſæpè conſulo. Cath. Conſulo, conſilium do, & peto.
Conſultus, conſilii dandi gnarus, conſilio factus. Lex. Phil. Conſultum, quod conſilio factum eſt, Senatuſconſultum.
Conſumpſe, conſumpſiſſe. Lucr.
Conſumptio, ſyntexis, colliquatio, quâ mollis caro tabeſcit. Jun. *Conſumamento*.
Conſummo, as, conſumo, is, conſumptio, conſumptor, conſumptus. Conſummatio, perfectio. Conſummatus, perfectus.
Conſus, conſiliorum Deus, Neptunus Latinè. Conſualia, hujus feſtum.
Conſularius, conſularis, qui conſulatum geſſit. Exconſul, qui conſulatu abiit. Jun. Proconſul, qui cum poteſtate Conſulis.
Conſulātus, officium Cos. Conſulariter, more Conſulum.
Conſulo, judico, ſtatuo, Acc. conſilium peto. Conſulor, conſilium à me petitur, *Conſigliarſi*.
Conſultoria hoſtia, quâ divina voluntas per exta exquiritur.
Conſulto, as, delibero. Conſultè, conſultò, prudenter, cogitatò, *Penſatamente, accortamente*.
Conſultor, qui conſulit. Conſultus, qui conſulitur. Conſultum, res ipſa, de quâ conſulitur; ſtatutum. Unde, Senatuſconſultum, *Decreto del Senato*. Conſultus juris, doctor; Conſultiſſimè.
Conſumo, is, conſummo, as, abſolvo, perficio.

Amaltheæ Onomaſt.

Conſummatio, cum omnium pretia redacta ſunt ad unam ſummam. L.i.c.
Conſuo, ſimul ſuo, compono, *Cucir inſieme*.
Conſutura, *Cuciture, rappezzature*. Conſutile.
Conſutile, quod conſui poteſt. Cath.
Contabeo, contabeſco, tabeſco, conſummor, in tabem vertor, *Amarcirſi, intiſichirſi*.
Contabolia, fariſſa. Rh.
Contabulāre, tabulis, ſeu aſſeribus aliquid tegere. *Inſavolare*. Contabulatio, tabulatum, *Palco di tavole*.
Contacion, tomus, volumen, odarium. Balſam. Cath. Codin.
Contācium, cantici genus in Græcorum ritualibus: ſicuti Troparium, canon, &c. Codin. *Verſetti, Reſponſorii*, &c.
Contactio, inquinatio; contactus, inquinatus: conjunctio. Item, tactus, *Imbrattamento, toccamento*.
Contages, contagio, contagium, contagiōſum, contagio infectum. Contagium, morbus tactu inficiens, *Contagio*.
Contagi fungitur, contactu potitur. Lucr.
Contamino, attamino, fœdo, *Ammacchiare*. Contra, intamino, *Non ammacchiare*. Contaminatus, maculatus: intaminatus, purus. Contamen, inis, ſpurcitia. Mar.Capel. Tertull. *Sporchezza*.
Contāri, dubitare, differre. Virg. Contor, āris. Vide. *Scandagliare, inveſtigare*.
Contarion, contus. Contarotheca, contorum theca. Lex. g. b. Contarii, qui contos habent. Turn. Haſtati, contarium, menaula, haſta. Lipſ.
Contarium, haſta equeſtris longa in medio habens lora quædam cum ſtamulis. Leo Tact.
Contaroxiſaron, alabarda. L. g. b.
Contas, comes. Anon.
Contātus, haſtatus, conto ornatus. Pancirol. *Picchiere*.
Contechnāri, fallaciam moliri, machinari: contechnor, āris, machinas ſtruere, *Machinare*.
Contĕgo, is, coopetio, *Cuoprire*.
Contegulatio, tecti conſtratio tegulis facta. Contegulātor. Digeſt. *Cuopritore*.
Contemerāre, polluere. Contemĕro, as, p. c. polluo. *Imbrattare*.
Contemnificus, faſtuoſus, contemnibilis. Contemnificium, faſtus. Non.
Contemno, is, negligo, *Sprezzare*.
Contemplo, as, contemplor, *Contemplare*. Contemplator, contemplatrix, contemplatio, contemplatus, us.
Contemporaneum, ejuſdem temporis, *Del medeſimo tempo*.
Contemporāre, eſſe ejuſdem temporis. Tertull.
Contemptim, contemnenter, à Contemno. Contemptio, contemptus, us, contemptibile, contemptor, contemptrix.

Contemptor, aris, ſæpè contemno, *Sprezzare ſpeſſo*. Contemno, negligo, *Sprezzare*.
Contendo, comparo. Acc. Proficiſcor, inſtanter flagito, laboro, jacio. Unde, Contentio contentiõſus, contentiõsè.
Contenebrãre, adveſperaſcere, obſcurari, *Farſi notte*.
Contenẽbro, tenebroſum facio. Lucil. *Far notte, oſcurare*.
Contentè, continenter, magnâ contentione, parcè. Plaut.
Contentio, õnis, vehemens conatus, certamen, comparatio; Contentè, *Gagliardamente*.
Contentioſus, litigioſus. Contentioſè, *Litigioſamente*.
Contento, as, frequenter contendo. Cath.
Contentus, qui continet, quod animo ſatisfacit, *Contento*. Item, ſimul tenſus, Cath.
Conterminus, finitimus, accola. Jun. conterminalis. Pap. *Confinante, vicino*. Contermino, ſimul termino.
Edūle, edulium; quicquid edimus; quod ad esum pertinet. *Cosa mangiative*. Edulis uva, comestibilis. *Uva da mangiare*.

Edūli, voratores, degulantes. Isid. Gloss. *Divoratori*.

Edulitas, largitio rerum edulium in populum à principe. Lampr. *Donativo di cose mangiative*.

Edūro, as, p. p. edurare, valdè durum facere, perdurare. *Indurire, durare*.

Edūrè, p. p. duriter, valdè durè. Item, non durè, quasi extra durum. Edurus, egelidus, voces ancipites. *Duro, non duro*.

Edūrus, satis durus. Pap. Edurum, non durum, molle, extra durum.

Edŭ-

Edūſa, Potina, Dea puerorum, cibi potuſque. Varro.
Edybia, placentarum genera. Ath.
Edyglōſſus, ſuavem linguam habens. Edylōgus, *Chi hà lingua delicata*. Lege, Nedygl.
Edyœnos, jucundum vinum ferens. *Chi fà vino delicato*. Lege, Hedyœ.
Edypōlis, jucundus civitati. *Grato alla Città*.
Edypōtus, cujus potus eſt ſuavis. *Chi dà bere delicato*.

E F

Effabilis, qui fatu exprimi poteſt. Apul. *Che ſi può eſplicare*.
Effæco, fæcibus repurgo. Lex. Phil.
Effāſilatum, exfilatum, id eſt extra veſtimentum filo contextum. Exaſſilatum. Feſt. Jun.
Effaminārе, effari, loqui. *Parlare*, Effamen, verbum: effāmen, loquela. Cath.
Effārcio, effercio, faciendo maximè impleo. *Empir bene*. Effertum, valdè fertum. *Molto pieno*.
Effarctus, Effertus fame, famelicus. Plaut. Lex. Phil.
Effari, eloqui, effamen, ab effor, inuſit. *Parlare*.
Effaſcino, as, faſcino. *Ammaliare*. Effacinatio. *Malia*. Effaſcinatrix. *Maliarda*. Vide, Faſcino.
Effata, ultimæ precationes augurum. Item, Sacerdotum operantium, cui chorus reſpondet, Amen. Gell. *Divinatori*. Effāta templa, *templi ſacrati con parole*.
Effatum, pronunciatum, enunciatio dialectica.
Effatui, vaniloqui, ſine effectu. Iſid. Gloſſ.
Effaxillo, ab axilla exero, oſtendo. Feſt. *Cavar di ſotto fuora*.
Effectio, operatio. *Fattura*. Ab efficio. Effector, qui efficit. Apul. Effectrix, quæ efficit.
Effectitius, plenius, effectoriè. Apul.
Efferare, crudeliter agere. Efferātus, mente ferina concitatus. *Incrudelito*.
Effēris, effeceris. Plaut.
Effĕro, rs, p.c. extrafero. *Portar fuora*.
Effĕro, as, p. c. crudelem facio. *Far ſalvatico*. Efferātus, crudelis factus. *Inſalvaſchito, incrudelito*.
Efferviſcit, effervеſcit. Lucr. Efferveo, vehementer ferveo. Effervеſco. *Bollir tanto, che ſi ſparga*.
Effertus fame, maxime famelicus, ab effertio, is, effarcio. Vide.
Effĕrus, p. c. valdè ferus, crudelis. *Molto fiero, crudele*.
Effexis, effeceris. Plaut.
Efficabilis, in omnibus expeditus. Iſid. Gloſſ.
Efficacitas, efficacia. Sup.
Effidatus, perterritus. Pap. *Spaventato*.
Effigia, effigies, effigium, imago. *Effigie*. Plaut. Sup. Effigiatus, figuratus. Apul. Effigiare, formare. *Figurare*.
Efficio, is, perficio, præſto. *Fornire, compire*. Efficiens, efficienter, effectus, effector, effectrix, effectio, efficax, efficacia, efficientia.

Effingo, is, effigiem alicujus exprimo. *Figurare, formare*.
Efflagito, p. c. cum clamore, & inſtantia poſtulo. Efflagitatio, efflagitatus. *Domandare inſtantemente*.
Efflatiōnes, vehementes ſpiritus expulſiones: L. m.
Effleo es, efflēre, oculos flendo conſumere. *Conſumarſi piangendo*.
Efflictim, valdè, vehementer. *Ardiſamente*. Non Efflictere, diligere. Symm. *Amar ſviſceratamente*.
Effligere, extra fligere, peſſumdare. Lex. Phil.
Effligo, is, affligo. *Affligere*.
Efflo, extra ſpiro, flatu abigo. *Cacciare col fiato*.
Efflorationes, ulcerationes in ſuperficie ſubrubræ, ſublividæ: ſi noctu enaſcantur, dicuntur, Epinyctides, phlyctænis perſimiles. L. m.
Efflorеſco, valdè floreo. *Fiorir molto*.
Effluo, extra fluo. *Spargerſi fuora, ſcolarſi*.
Effluentia, effluvium, exundatio. *Scolamento, allagamento*.
Effluxiones, miſſiones menſtruorum. L. m.
Effŏco, as, p. p. fauces comprimo. *Soffocare*. Contra, Effocillo. Vide.
Effocare, fauces premere ad perniciem. Focillare, ad ſalutem. Vide.
Effodere, è terrâ aliquid eruere. *Scavare*. Effoſſus, de terrâ cavatus. *Scavato*.
Effœminārе, in mollitiem muliebrem convertere. Effœminatus, effœminatio, effœminatè. *Delicatamente*.
Effœminatorium, domus meretricium. Iſid. Gloſſ.
Effœminātus, impudicus, ſcortum maſculum. Lex. Phil.
Effœtus, quod fœtum emiſit. *Chi hà parturito*. Effœtus ager, exhauſtus. *Stracco*. Effœtæ vires, exhauſtæ. Effœtè, adv. *Debolmente*.
Effor, aris, loquor, ris, unde, effatum: antiq. *Parlare*.
Effŏro, as, p. c. perforo. *Forare*. Efforatum, perforatum.
Effractarius, qui effringit. Effractor, qui vi frangit. Effractura, effringendi actus. Effringo, is, vi frango.
Effrœnus, effrœnis, cui frœnum detractum. *Sfrenato*. Effrœnatè, effrœnatiſſimè, effrœnatio. *Inſolenza, sfrenatezza*.
Effrĭco, as, p. c. fricando excutio. *Fregare*.
Effringo, is, vi frango. *Spezzare*. Effractura. *Rottura*. Effractè, adv.
Effrons, infrons, inverecundus, ſine fronte. *Sfrontato, sfacciato*.
Effruticat, in fruticem evadit. Tertul.
Effugacia, effugium: Effugio, evado. *Fuggire, ſcampare*. Effugium, refugium. *Scampo, effugacio*. Effugium. *Refugio*.
Effugus, fugitivus. Cath. Effugo, as, expello.
Effulgeſcentiæ, epilepſia, morbus puerorum proprius. L. m.

Digitized by Google

Effulgeo, es, vehementer fulgeo. *Risplendere, lampeggiare.*
Effundo, is, extra ſpargo. Effuſio, ſparſio. *Spargimento.*
Effumigatus, excantatus, anguis ſuffitu cantatus. Tertull.
Effuſa, nigrores facti à venis ſanguine effuſo.
Effuſores, patrimonii, & peculii dilapidatores. *Prodighi, ſcialaquatori.* L. i. c.
Effuſorium, per quod effunditur, effuſio. Sup.
Effuſius, ſparſus, prolixus. Effuſio, ſparſio.
Effutilia, nugæ, imprudenter dicta. *Parole dette ſenza penſare.*
Effutio, effutire, imprudenter, & impræmeditatè loqui. *Vaneggiare, ſparlare.*
Effutita verba. *Parole dette ſenza penſare.* Effutiens, qui effutit.
Effŭto, as, confiteor. Cod. Conſŭto, as, rejicio. *Confutare.* Vide, Futo.

E G

Ega, capra, Æga; unde, Ægis, idis. Vide.
Egertor, hortator navis. Iſid. Gloſſ. Ageator.
Egelĭdo, as, p. c. egelidare, gelidum diſſolvere. *Diſghiacciare.* Egelidum, quod neque calidum, neque frigidum. *Tepido.*
Egemon, onis, dux, præſes. Egemonia. *Guida.* Lege, Heg.
Egemonius Mercurius, viæ præſes. Lege, Heg.
Egemoſynum, præmium ducendi, quod datur pro ductu. *Premio della guida.* Lege, Heg.
Egens, exgens, cui ne gens quidem reliqua. Feſt.
Egeria, noxia. Iſid. gloſſ. Egeriæ Deæ ſacrificabant prægnantes. Feſt.
Egeo, indigeo. *Haver biſogno.* Egeſco, egere incipio. Egens, indigens, *biſognoſo.*
Egero, is, extra porto. *Portar fuori.* Malam ſubſtantiam evacuo. Unde, Egeſtio, egeries, ei, evacuatio.
Egermĭno, germina emitto. *Germogliare.*
Egeſta, Ægeſta, machina bellica telorum propugnatrix. Suid. Item, ſegeſtria. Vide.
Egeſtas, paupertas. *Biſogno.*
Egeſtōſus, egeſtuoſus, pauper, indigus, egens. Suppl. *Biſognoſo.*
Egeſtaxitius, qui frequenter ægrotat. Iſid. gloſſ.
Egerſimon, excitativum. Capella.
Egeſtio, nocens. Iſid. Gloſſ. Item, evacuatio. *Vuotamento.*
Egeſtum, i, ſimus ventris. Egeries, quam pecus egerit. Lex. Philol.
Egeſtus, ūs, evacuatio. Egeſtio, ōnis. *Vuotamento.*
Egeſtor, dux, hortator. Egemon, egemonicus, qui cæteris eminet. Pap. Lege, Heg.
Eglŏga. Vide, ecloga.
Egones, Sacerdotes ruſtici. Iſid. Gloſſ. Ægones, econes.
Egredior, eris, extra gradior. *Vſcir fuora.* Egreſſio, Egreſſus, exitus. *Vſcita.*
Egregius, excellens, quaſi ex grege electus. *Scelto.* Feſt.
Egregiè. Egregiiſſimus, Pac. Egregiatus, us, di-

E I

gnitas egregii. Buleng.
Egrĕtus, Adgrĕtus, egregius, eminens. Iſid. Gloſſ.
Egrex, ĕgis, eximius, eminens. Iſid. gloſſ.
Egrimonium, infirmitas, morbus. Sup. Vide, *Ægrimonium.*
Egrotatitius, qui frequenter ægrotat. Vide, Ægrotarius, ab Ægroto.
Egŭla, genus ſulphuris, ad lanas ſuffiendas. Onom. m.
Egurgito, as, exhaurio. *Cavar fuora.* Plaut. Non.
Eguliæ, canum venaticorum genus.

E H

Ehem, eho, interjectiones. Ehodum ad me. Ter. *Olà.* Ehe, ehem, eheu, lamentantis. Eho, vocantis, ehodum.

E I

Ei, proi, ut Puerei pro pueri. Item pro, Is, ut Achillei, pro Achillis, in nominibus propriis. Antiquarius.
Eja, adverbium hortantis, aut reprehendentis, *Horsù.*
Ejaculāri, longè jaculari. *Lanciar lontano.*
Eicĕre, pro ejicere. Lucr. *Gettar fuori.* Ejicio, is, expello.
Eicoſaedrum, figura ſolida, quæ triangulis xx. æqualibus, & æqualiterateris continetur.
Ejecta, quæ è navi periclitanti in mare projiciuntur. *Coſe gettate dalla nave.*
Ejectamentum, eycrementum. *Coſa gettata.* Ejectio, ejectatio, ōnis. *Eſſo gettar fuora.* Ejectitium, ejectum.
Ejecto, as, ſæpè ejicio. *Gettar ſpeſſo fuori.*
Ejĕro, ejuro, dejero. Lex. Phil.
Eij, pro, ei. Antiq.
Ejicio, expello, exturdo. *Scacciar fuori.* Ejecto, ſæpè ejicio.
Einatĕres, duorum fratrum uxores. Modeſt.
Eipericus, aſturco, pullus equitii generoſi. A. Bonf.
Ejucarum, vaſis genus. Sup. ſiglinum anſatum. Lex. Phil.
Ejulāre, in altum ſublatâ voce plorare. *Gridar piangendo.* Ejulatus, us, ejulatio, onis, ploratus. *Pianto ad alta voce.*
Ejulitare, ſæpè ejulare. *Pianger ſpeſſo.* Varro.
Ejunat, jejunat. Sup. *Digiuna.* Ejuno, jejuno.
Ejuncĭdus, languidus, gracilis, extenuatus. *Vizzo, Languido.*
Ejuno, ut Ecaſtor. Turn. per Junonem, & Caſtorem.
Ejūro, as, p. p. *Giurare.* Ejurāre, renunciare, recuſare judicem. Ejurare bonam copiam, jurare ſibi copiam non eſſe. Ejurare forum, juriſdictionem fori alicujus detrectare. Ejero, as.
Ejurat, qui jurat, quod deſideratur, à ſe præſtari non poſſe, Sex. Pomp. L. J. C. Ejuratio, ſignificatio ejus, quod deſideratur, præſtari non poſſe. Briſſ.
Ejus, pro ei jus. Briſſon. Parerg. ejuſmodi, ejuſcemodi. *Di cotal maniera.*

Ili-

E L

Elăbor, p. p. elabi, effugere. Elaborare, ſummâ diligentiâ conari. Elapſus, *Scampato.*
Elacăta, elacăte, elacatēna, piſcis, & ſalſamenti genus, *Morena, malandrea.* Colum. Item, machina bellica.
Elacteſcĕre, in albedinem lactis converti.
Elactāre, è lacte tollere. *Slattare.* Pap.
Elæa, oliva.
Elæochriſma, oleum, unguentum.
Elæogarum, Garelæum, gari ſpecies. Lex. Phil.
Elætomporia, olearia mercatura. Lex. Philol.
Elemporia, elemphoria. Gottof. L. J. C.
Elæolŏgus, Eleater, qui olivas colligit, *Cogliror d'olive.*
Elæomĕli, reſinæ genus. Gorr.
Elæōnes, curator oleo coemendo. Sitones, frumento. Lex. J. C.
Elæon, oleum, olivetum. Tertul.
Elæomĕli, oleum melleum in Syriâ naſcens.
Elæopōles, olei venditor, Elæopōla, p. p. *Ogliaro, vend'oglio.* Eleopolium, locus, ubi oleum venditur.
Elæophăgus, qui oleas comedit.
Elæophŏrus, oleum ferens.
Elæophytus, oleis conſitus.
Elæophŏrum, vas olearium.
Elæoſtaphylos, vitis oleæ juncta, inſita, *Oliva inſitata con vite.*
Elæothēſis, unctio.
Elæothēſium, unctuarium, ubi loti ungebantur. Item, olei & unguenti repoſitorium. Vitr.
Elæotribium, locus, ubi olivæ teruntur. *Frantoio.*
Elæotrygum, olei fæx, amurca, *Morca.*
Elæurgia, olei confectio. Elæurgus, qui oleum conficit, *Ogliaro.*
Elangueo, elangueſco, languore conficior, *Languire.*
Elape, ſerpentis genus. Plin.
Elanphantogrăphi, pictores, qui ebore pingunt. Plaut.
Elaphebolia, feſta celebrata in honorem Dianæ, cui ſervi ſacrificabantur.
Elaphebolium, menſis Decembris, aut Februarius, L. Phil. dictus, à cervorum venatione apud Græcos.
Elaphebŏlus, qui cervos venatur, *Cacciator di cervi.*
Elăphis, avis habens pennas colore cervino.
Elăphus, cervus. Item, placentæ genus in elaphoboliis confici ſolitæ ex ſeſamo, & farinæ flore.
Elaphoboſcum, herba cervorum, quâ venenis reſiſtunt; herba umbellifera. H. P.
Elapido, as, lapidibus purgo terram, vel lapides amoveo. Elapidatio. Bud. *Nettare un campo dalle pietre.*
Elapinaſia, Jupiter convivalis, vel dapalis.
Elapina, convivii apparatus.
Elapſe, ea ipſe. Elopſe, eo ipſe. Plaut.
Elapſus, *Scampato.*
Elaquēari, è laqueo ſe expedire, *Spiccarſi.*

Elargior, largior, *Donare.*
Elaſmata, laminæ. Turn.
Elaſſeſco, laſſus fio, *Stancarſi.*
Elas, elaſa. Avium nomina.
Elăta, palmæ tenellum germen. Item, frons palmæ. Voc. Ecc.
Elatīne, p. p. herba naſcens in ſegetibus. H. P. *Rapa ſalvatica.*
Elatites, lapis ex genere hæmatiſtarum. Plin.
Elativa, quæ efferuntur. Supp.
Elatro, as, cum latratu loquor, *Abbajar parlando.*
Elātus, excelſus, *Elevato.*
Elaudāre, pluſquam nominare. Feſt.
Elăvo, as, elavāre ſe bonis; elavāre, elavĕre, perfectè lavare, *Fallire, lavar bene.*
Elbidum, medius color inter nigrum, & album. Elbum. Iſid. Vide, Elvus, Elbidus, Elbus.
Elceſipeplus, longam trahens veſtem, diſcinctus.
Eletica, epiſpaſtica, medicamenta attrahentia. Gorr.
Elcus, ulcus, *Piaga.*
Elcyſtinda, ludus puerilis, Scaperdæ pars. Vide, Scaperda.
Eleatri, vocatores regii, cibario præfecti miniſterio, ab Elos, mensâ coquinariâ. Præguſtatores. Rh.
Elecĕbræ argentariæ, meretrices dictæ ab eliciendo argento. Feſt. Plaut.
Electa, orum, libri, in quibus optima quæque ſelecta.
Electābo, eliciam. Plaut. Electo, as, ſæpè elicio, *Spremer ſpeſſo.*
Electarium, medicamentum adverſus venenum cantharidarum. Dioſc. lætificans. Electuarium. Vide.
Electio, generalior quàm optio: hæc enim non niſi ſolemniter facta. Item, electio, de multis: optio, de duobus.
Electio fit per collegium ad dignitatem. Collatio, ad beneficium ſimplex per Epiſcopum. Præſentatio, per patronum, à quo non datur plenum jus, ſed requiritur inſtitutio per Epiſcopum.
Electitii, milites: judices, electi. Paſſer.
Electo, as, ſæpè elicio, *Cavar gentilmente.* Electica, attractoria. Tiraq.
Elector, qui eligit, *Elettore.* Electè, adv. Electus, electilis, eligibilis. Plaut. electibilis. Apul. Electio, onis, ab Eligo, is, *Eleggere.*
Electoria, gemma in galli ventriculo. Pap.
Electrum, ſuccinnum quaſi ſuccus, ſeu gummi, gemma nigri coloris, *Ambra.* Item, lutei, ſeu crocei. Item, metallum, cum in auro quinta pars argenti ponitur. Electreum, Electrineum, ex electro, *D'ambra.* Electrīnum.
Electuarium, Electarium, medicamentum ex electis rebus conditum. Lectuarium, quod in prompſi eſt lectu. Cæſar.
Electus, ti, ex aliis lectus. Electio, electus, us, *Elettione.*

Electro-

Eleemoſyna, miſericordia. Item, ſtips erogata pauperibus. Eleēmon, miſericors, ab eleos. Cath. *Limoſina*. Vide, eleos. Eleemoſynaria hoſpitalia. L. J. C.

Elĕfrons, mons. Cath.

Elĕgans, nimis mollis, etiam vitioſè, *Galante*. Elegantia: eleganter, *Congratia, & eleganza*.

Elegati. Vide, elacata.

Elegia, arundo obliqua, juxta terram, fruticis modo ſe ſpargens.

Elegīa, elegeia, elĕgus, miſerabilis, & flebilis verſus ad lamentationes cantatus. Elegiăcus, Verſus. Elegiogrăphus, ſcriptor elegiorum.

Elegīa, orum, carmina elegiaca, *Verſi elegiaci*.

Elegidium, dimin. parva elegia, *Elegietta*.

Elegus. Vide, elegia.

Eleimos, miſericors. Eleinologia, lugubris oratio, *Oratione funerale*.

Eleiſir, eleſir vitæ, quinta eſſentia extracta ab auro, &c. Meſue.

Eleiſon, miſerere. Kyrie eleiſon, Domine miſerere.

Eleleis, mulier bacchans: Thyas, Mænas, dicta.

Eleleu, acclamatio bellica. Item, lugubris acclamatio.

Elelus, Sol dictus, à perpetuo motu circa terram.

Eleliſphacus, ſalvia, herba nota, *Salvia*.

Elementa, orum, principia omnium rerum. Elementarium, quod ad elementum pertinet. Elementitium, ex elementis factum. Tertul.

Elementarius, qui prima diſcit elementa.

Elemporìa, elæmporìa, olei coemendi cura, *Mercantia d'olio*.

Elenchi, margaritæ majores acuminatæ auribus fœminarum appenſæ. Arnob. Item, indices, *Indici*.

Elenchici libri, ſcripti ad redarguendum. Quintil. Item, argumenta librorum.

Elencherium, monile, inauris. Sup.

Elenchus, argumentatio, criminatio. Item, Syllabus, ſeu Index, margarita. Vide, Elenchi.

Eleo, es, maculo. Elēre luto, maculare luto. Lucil. Non. *Infangare*. Elevit, maculavit.

Eleophăgus, turdus olivas edens. Eleophagia uſus olivarum.

Eleos, miſericordia, commiſeratio. Item, menſa coquinaria. Poll. unde, Eleemoſyna.

Eleoſelinum, apium ſylveſtre: Paludapium. Calcag.

Eleōſis, ſtomachi exulceratio. Pap.

Eleotheſium, eleodeuſium, locus, ubi ceromate, ideſt, cerato oleo perfundebantur, unctuarium dictum. Philand. Vitr.

Elepha, poculi ſpecies apud Damaſcenum. Rh.

Elephanginæ pilulæ, aromaticæ. Meſue.

Elephantagōgus, p. p. qui elephantum agit. Elephantarchus, elephanto præfectus. Elephantiſtes. Rh. *Governatore dell'elefanti*.

Elephantìa, Elephantiăſis, ſpecies lepræ, elephantorum cuti ſimilis. Elephantiăcus, hac laborans. Elephantiaca ſcabies, ſimilis lepræ. L. m. Elephantĭcus morbus.

Elephantia, ſerpentis genus. Iſid. Lex. Phil.

Elephantīni, p. c. libri, in quibus tribunum nomina continebantur, & ſenatus conſulta, & quæ ad principem pertinerent, conſcribebantur. Item, ex elephanto, ſeu ebore.

Elophantophăgi, Aſiæ populi venantes elephantos, eiſque veſcentes.

Elephas, antis, elephantus, ti, barrus, bos Luca, animal notum, maximum omnium. Item, ebur, morbus.

Elephantozogrăphi, qui pingunt in ebore, *Pittori in avorio*.

Elepŏlis, machina obſidionalis, capiendis urbibus apta. Vitr. Hieron. Item, menſura.

Elera, olera. Hemo, homo, &c. antiq.

Eleſmos, liber dictus Exodus. Cath.

Elevāre, in altum tollere, *Levar in alto*. Item, rea minuere, *Avilire*.

Elevatio, elevamen, elatio, *Inalzamento*.

Eleviem, eluviem, purgationem, *Lavamento*.

Elēvit, maculavit. Lucil.

Elĕvo, as, p. c. ſurſum levo, tollo, *Levare in alto*. Item, diminuere verbis, *Sminuire con parole*.

Eleus, pius, miſericors: ita dictus Bacchus. Item, menſa quam vates ſcandentes choro reſpondebant. Poll.

Eleuſis, adventus, itio, *Venuta*.

Eleuſinia, ſacra Cereris myſtica, Athenis celebrata. Cat.

Eleutheria, æ, libertas. Eleutheria, orum, liberalia feſta ſervorum, & eorum epulæ lætiores in libertate. Item, feſta Eroti, ſeu Amori dicata.

Eleutheriaſtĭcus, qui amat liberè agere.

Eleutherium, monile, ſignum libertatis, & ingenuitatis. Lex. Philol.

Eleutherius, ingenuus, liberalis, ſervator, *Liberatore*.

Eleutherius, fons Argis, è quo ſervi libertate potiti bibebant.

Eleutherŏpæs, cui liberi ſunt filii.

Eleutheropraſium, liberorum venditio, plagium, *Vendita di liberi*.

Eleutheroſtomìa, libertas loquendi, *Libertà di parlare*.

Eleutheroſtŏmus, qui liberè loquitur, *Chi parla liberamente*.

Eliæa, magiſtratus, & forum Athenis.

Eliăcus, ſolaris, ortus eliacus, cum Sole. Vide, Heliacus.

Eliaſterium, locus, ubi apricantur. Heliaſterium,

Elicatores, aquarioli, mulierum impudicarum aſſeclæ. Feſt. quaſi Eliciatores, ab aquâ eliciendâ.

Elices, incilia, inciles foſſæ, ſulci aquarii, per quos aqua collecta educitur è liris, & campis, *Foſſe ſcolatoje intorno à i campi*. Feſt. Colum. Item, crines mulierum complexi.

Elici, nigri, circumvoluti, retorti. Bibl.

Elì-

Elicio, is, educo, *Cavar gentilmente*. Elicĕre, leniter trahere.
Elicius, Jupiter, ab eliciendis fulminibus.
Elicitum, impetratum. Lex. J. C.
Elĭco, as, inverto, *Rivolsare, imbrogliare.*
Elĭco, ōnis, inversor rerum, *Imbroglione, sovversitore.*
Elichrysum, aurelia, herba umbellifera paluſtris. H. P.
Elĭcò, Illĭcò, illo loco. Palm.
Elĭcops, nigris oculis præditus, *Di occhi neri.*
Elicutum, vi ejectum. Sup.
Elidĕre crura, frangere, *Spezzar le gambe.*
Elĭdo, is, p. p. frango, elicio, *Fracaſſare, rompere.* Eliſum, fractum, *Spezzato, fracaſſato.*
Eligo, deligo, *Eleggere.* Elector, qui eligit, *Eleſſore.* Electio, electus, us, *Elettione.*
Eligma, tenuius inteſtinum, in ſinus vehementer implicitum.
Elimātum, expolitum, elĭmo, as, p. p. expolio, *Polire.* Item, de aliquâ re limare, *Limare.*
Elimamentum, purgamentum, ab elimo, as, limatura. Cath.
Elimes, p. p. extorris, peregrinus. Sup. *Fuor di caſa ſua, foraſtiero.* Qui eſt extra limen, aut limites.
Elimĭno, as, p. c. eliminare, extra limen ejicere, *Cacciar di caſa.*
Eliminium, exitus: Poſtliminium, reditus, *Vſcita, ritornata.*
Elĭmo, as, p. p. limâ polio, limare, *Radere con lima.*
Elimos, tibiæ genus ex buxo fieri ſolita. Rh.
Elinguāre, linguam amputare. Elinguatus, qui linguam non habet, *Cavar la lingua.*
Elinguis, qui habet linguam, ſed uſu privatur: elinguātus, amiſit. Fronto. Elinguare, linguâ privare, *Tagliar la lingua.*
Eliocamīnus, Heliocaminus, ſolaris caminus, locus concameratus, totus ſoli expoſitus, *Luogo ſolare.*
Elionōmus, in palude paſcens, aut agens, *Habitator di palude.*
Eliōſus, exercitatio, ut corpus ſole torreatur, ſed protecto capite. Onom. m.
Eliotropium, Heliotropium, herba ſolaris. *Girasole.* Eliotrōpus, lapidis genus.
Eliquāmen, eliquātum, quod ex aliquâ re eſt liquatum, ut ex carne, &c. Muria, *Liquore ſpremuto, ſcolato.*
Elĭquo, as, p. c. liquidum facio, *Far liquido.* Eliqueſco, liquidus fio, *Fonderſi, liquefarſi.*
Eliquare, liquorem emittere, purgare. Lex. Med. *Spremere il liquore.* Eliquare vinum, *ſacco per colare.*
Eliquātus, fluidus, fluens. Sidon. Eliquus, purus. Cath. *Fatto liquido, riſchiarato.*
Eliquātum igne vinum, *Acqua di vite.*
Eliſus, valdè læſus, compreſſus, ab elido, is.
Eliſſe, pro eliſiſſe, ab, elido. Lucil. *Schiacciare.*
Elitigātum, quod eſt extra litem, *Fuor di lite.*
Elitomeni, infantes ante tempus nati, veluti fallentes in menſe, exterranei, exterricinei.
Elix, ĭcis, eliciator, qui elicit. Item, voluta in capitibus columnarum. Item, fiſtulæ aquæductus. Sup. *Canali, condotti.* Vide, Helix.
Elixir, quinta eſſentia, vox Arabica. Elixir vitæ.
Elixum, quicquid ex aquâ decoquitur, aquâ coctum, *Leſſo.*
Elixo, as, aquâ coquo, *Leſſare.* Elixatum: calcei elixi, aquâ madefacti. Cato.
Ellanodĭcæ, p. c. judices decem Olympicorum certaminum. Scal.
Elleborine, epipaſtis, herba montana.
Elleborium, vini factitii genus. Plin.
Elleborum, vide, Helleborum: elleborōſus, inſanus. Plaut.
Ellebŏrum, p. c. inter ornamenta fœminea poſuit Poll. Elliplis, detractio: contraria pleonaſmo, Fig. Item, ornatus.
Ellipticus, defectivus, cui aliquid deeſt.
Ellŏba, ſiliquata, ſiliquas habentia, ut legumina, lentes, &c. Gorr.
Ellobia, genus inaurium, à fibris aurium dictum. Poll. Item, legumina ſiliquas habentia, *Legumi con tega, ò ſcorza.*
Ellogium, vide, Elogium.
Ellops, piſcis ſquamoſus, acipenſer. Lex. Philol.
Ellotia, feſtum Europæ in Cretâ. Lex. Philol.
Elluatus, ſpurcus. Sup. *Sporco.*
Ellubiones, eluviones, elluviones, *Allagamenti.*
Elludies, aratio. Sup.
Ellum, ecce illum. Gl. *Eccolo.*
Ellychnium, goſſipium, ſeu funiculus lucernæ, phlogmus, thryallus. Poll. *Stoppino, lucignolo della lucerna.*
Ellychniotum, ſive ellichniōtum, turunda, lemniſcus, linamenti genus apud chirurgos vulneribus immittendum, *Taſta per le ferite.*
Ellymeniſtæ, portorii exactores. Poll. ellimenium, exactio portorii. Poll.
Elminthes, tineæ, ventris animalia, ex genere lumbricorum, in inteſtinis genita. Lex. M.
Elmo, galea, *Elmo.* Anon. L. g. b.
Elocare, è loco movere, ſedibus pellere, *Muovere da luogo.*
Elŏco, as, p. c. pretio aliquid utendum do, *Allogare, affittare, dare appiggione.* Item, extra loco, & ex aliquo loco eruo.
Elŏco, illico, ſubito: illum, ollum, illum, antiq. Pal.
Elocutrix, quæ eloquentiâ pollet. Elocutoria ars, eloquentia. Elocutio, ab eloquor.
Elogium, teſtificatio de aliquo honoris, aut ignominiæ causâ, *Informatione.* Teſtamentum morientium. Item, informatio. Item, cauſæ brevis explicatio: Præfatio ſummæ: ſignificatio teſtamento expreſſa, datæ, vel negatæ hæreditatis. Iſid. Eclogium, ellogium, eulogium, ſemper honoris gratiâ. Præfatio, titulus. Lex. Philol.
Elogium, Notoria. Vide. Catalogus criminum, de quibus aliquis accuſatur. Informatio,

tio, proceſſus. L. J. C.
Elogia, ellogia, evologia, carmina, proverbia. Turn.
Elohim, Deus, plurale ab eloàh. Lex. Philol.
Eloi, Deus. Hebr. Lex. Philol.
Elongare, prolatare, differre, *Prolungare*.
Elops, piſcis marinus apud antiquos nobiliſſimus. Acipenſer. Rond. Ellos. Athen.
Eloquentia, eſt tota oratoris vis. Elocutio, eſt pars officii oratorii. Voſſ.
Eloqueret, eloqueretur. En. Antiq.
Eloquium, ſermo, & facundia; eloquentia.
Elŏquor, clarè, & apertè loquor, *Parlare apertamente*. Eloquens, eloquentia, eloquium, ſermo eloquens, *Parlare elegante*. Eloquenter, adv. *Eloquentemente*.
Eloquutilis, eloquens. Apul.
Elos, vitium tuniculæ oculi, quod dicitur Rhagoides, à roſione proveniens: clavus, dictus, in pedibus aliquando. Lex. med. Item, palus. Calc.
Elōtæ, elotia, ſua publica appellabant mancipia Lacedæmonii.
Elotheſium, ſive Aliptcrium, locus in gymnaſio, ubi ungebantur.
Elpidocŏpus, qui vanâ ſpe ducitur.
Elpis, ſpes, *Speranza*.
Eluacrum, vas, in quo aliquid lavatur. Labrum.
Elubiōnes, eluviones. Sup. *Inondazioni*.
Eluceo, es, lucidus ſum, *Rilucere*.
Eluceſco, magis lucidus fio. Non. *Divenir più lucido*.
Elucifĭco, luce privo, *Privar di luce*. Oculis orbo, *Accecare*.
Elucius, aquarius. Pap.
Eluctări, luctando ſuperare. Eluctavi, eluctatus ſum. Non. Eluctabile, expugnabile.
Elucubrāre, elucubrāri, vigilare, ad lucernam aliquid ſcribere, *Vigilar per operar qualche coſa*. Elucubratum, ipſum opus: Elucubratio dicta.
Elūcum, languidum à crapulâ, vel allucinantem, aut nugarum amatorem. Hallonem. Varro. Vide, Helucus.
Eludĕre, finem ludo imponere, *Finire il giuoco*.
Elūdo, is, p. p. derideo, decipio, *Beffare*. Elūſus, *Beffato*. Eluſio, ōnis, *Beffamento*.
Eluenaca, vitis probatiſſima, & fœcundiſſima. Col.
Elutĕre, lavare, decoquere. Palm. Elutum rurum, purum, putum. Capit.
Elugēre, luctum deponere, *Laſciar di piangere*.
Elugere, legitimum tempus à nuptiis, & aliis prohibitis abſtinere: lugere verò eſt lugubri habitu incedere. I. Rævardus.
Eluies, tranſtra navis, tabulata. Sup.
Elul, Auguſtus ultimus menſis, Hebr. elil, nihil. Lex. Philol.
Elumbis, elumbus, debilis, lumbos fractus, *Dilombato*. Item, mollis, effœminatus.
Eluminatus, excæcatus. Sidon. *Chi hà perſo il lume, cieco*.

Eluo, lavo.
Elus, elera, pro olus, olera, antiq. Lex. Philol.
Eluſa, Elutia, metalla auraria, in quibus aqua immiſſa elutis ſordibus metallum oſtendit. Plaut.
Elūrus, Ælūrus, catus, felis, *Gatto*.
Eluſcāre, luſcum facere, *Far loſco*. Eluſcātus, eluſcificare, luce privare, cum quis nec matutino, nec veſpertino tempore videt. Onom. m. Eluſcatio, actio privandi altero oculo.
Eluſciacare, luce privare; elucificare, elucidare. Sipont. Luce privare.
Eluſtrāre, palam facere, è lupanaribus educere. Mod. *Paleſare*.
Elutare, exprimere.
Elutia. Vide, Eluſa.
Elutrio, as, elutriāre, de vaſe in vas transfundere, *Travaſare*. Item, è luto purgare, lavare, *Lavare il fango*. Gell.
Eluvies, eluvio ſordium, ingluvies ventris, quod expurgatur aquarum fluxu; vorago terræ vi imbrium facta, *Voragine d'acqua fangoſa*.
Eluvies, eluvio, actio aquæ eluentis terram. Item, vorago terræ facta eluendo. Item, egeſtio ſordium. Lex. Philol.
Eluviem facere, eluere, egerere cibi reliquias. Lucil.
Eluus, niger, candiduſque color. Groſſe. A. L.
Elūtum, dilutum, inſipidum. Elurius, inſipidius. Hor. *Lavato*.
Eluxit, qui luctum deponit. Illuxit, cum lumen apparuit. Agræ.
Eluxatio, oſſium à ſuo loco perturbatio, *Slogare*. Eluxātus, luxatus, *Slogato*.
Eluxo, as, luxando emoveo. Lex. Philol.
Eluxuriari, eſt ob nimiam ſoli pinguedinem nimiùm excreſcere in folia, *Luſſuriare, creſcer troppo*.
Elyma, pars aratri, ubi clavus craſſior dentale connectit cum temone.
Elymaida, panicea, à Panico frugis genere. Bibl.
Elymas, magus ſapiens, vox Arabica. Lex. Philol. Bibl.
Elymus, tibiæ genus è buxo. Poll. Item, panicum, ſeges. Onom. m. Citharæ, aut teli theca.
Elymæi, lepores, vulpibus non ferè minores, & nigricantes.
Elyſium, locus inferorum, deliciarum plenus, & animarum piarum: Elyſius campus.
Elytra, animalia tectas pinnas habentia: anelytra, detecta. Rh.
Elythroide, membrana. Erythroide, teſtium tunica, vaginalis dicta. Lex. m.

E M

Em, eum. Feſt. Næv. Emem, eundem.
Emacidatus, macer factus, *Smagrito*.
Emaciētur, fiat macrum. Colum. *Smagri*.
Emacio, emacĕro, as, macidum, & macrum valdè reddo, *Smagrare*.
Emacĭtas, aviditas emendi. Colum. *Avidità di comprare*. Emax, avidus emendi.

Ema-

Emacror, macer fio, emaceſco, *Smagrire*.
Emacŭlo, as, maculas aufero, *Levar macchie*.
Emacŭlus, aliquantulùm emax. Cath. *Alquanto inclinato al comprare*.
Emanare, extra manare. Emano, as, p.p. Vide.
Emanatio, proceſſio Spiritus ſancti à Patre, & Filio. Lex. J.C.
Emanatio, derivatio, diſtillatio, à verbo, Emano. Vide. *Diſtillatione*.
Emancīre, manus præcidere, ab, Emanco, as, manus præcido, *Far monco, tagliar le mani*.
Emanceps, famulus à ſervitute liberatus. Gloſſ. Iſid.
Emancipatio, eſt actus hominis, quo filiusfamilias ſui juris efficitur. J.C.
Emancipari, liberi dicuntur: Servi verò, manumitti. Prat. Lex. J. C. Emancipio me tibi, tuæ me poteſtati trado. Prat.
Emancipo, p.c. as, eum, quem in poteſtate habeo, ſui juris efficio, quaſi extra mancipium emancipare. Item, vendere, alienare; emancipare agrum, alīenare; emancipare ſe alicui, obligare ſe. Emancipatio, obligatio.
Emancipātus, dedititius. Aut qui ex patris jure exit, aut qui alterius fit dominii. Feſt.
Emancipatus alicui, obligatus, ejus dominio ſubjectus, *Obligato, dato in ſervitù*.
Emanceps, famulus à ſervitute liberatus. Iſid. Gloſſ.
Emanco, manus præcido, mancum facio, *Far monco, tagliar le mani*.
Emando, Àmando, mitto, *Mandare*.
Emanens, eminens, emanſor, ſeorſum cubans, ſecubans ab aliquo, manens. Salmas. Capit.
Emaneo, extra diutiùs maneo, *Starfuori*. Emanſio, minus delictum deſertione. Vide, Emanſor. Emanere, amanere, ſecubare. Salm. Capit.
Emāno, p.p. extra mano, effluo, *Diſtillare*.
Emanſio, delictum emanſoris, *Il fuggir del ſoldato*.
Emanſor, oris, miles, qui diù ſpontè vagatus ad caſtra revertitur, *Venturiero, che và, e viene*. Perfūga, fugitivus, & deſertor numquam rediturus abit, *Quel che non ritorna*. Deſertor, qui longum tempus vagatus reducitur. Erroneus, non fugit, ſed vocatur, & ſeriùs redit.
Emanterium, domus, ubi monetæ cuduntur.
Emanus, eminus. Scal. *Da lontano*.
Emmanuel, Emanuel, Nobiſcum Deus: vox Hebraica.
Emarceo, langueo, *Languire*.
Emarcum, uvæ genus. Colum.
Emargino, as, p.c. emarginare, cruſtas, & pulvillos, & oras ulcerum adimere. Onom. m. Margines demere, *Levar la croſta, ò l'orlo*.
Emaſculo, as, p.c. emaſculare, caſtrare, virilitatem auferre, *Caſtrare*. Enervare.
Emaſculātor, draucus, pædico, impudicus. Apul.
Ematureſcere, relinquere acerbitatem, *Divenir maturo*.
Emax, cis, cupidus emendi: vendax, vendendi, *Chi compra, e vende volentieri*. Emacitas, inclinatio voluntaria emendi.
Embădes, cothurni, Tragica calciamenta. Embătæ, ſocci comicorum. Scal. alii, contrà.
Embadia, jus, quod creditor in bonis debitoris ſibi pignoratis retinuit ea impediendi propriâ auctoritate, ut ſibi in ſolutum cedant. Alciat.
Embadium, area à circumpoſitâ terra ſegregatâ. Pap.
Embænetica, navicularia. Cæcil. Embatica. Lex. Phil.
Embaleuticum, emphyteuticum. Turn.
Embamma, tis, intinctus, condimentum ad condienda obſonia. Intinctus ad orexin excitandam, *Sapore, Guazzetto*. Tiraquell. Colum.
Embas, vide, Embades.
Embăſis, vas in balneis ad lavandum. Solium.
Embaſiocœta, qui, vel quæ frequenter dat baſia. Petr.
Embaſius, Apollo in littore conſecratus, cum navem conſcenſuri eſſent.
Embăta, calcei, vel cothurni, aliis ſoccii. Poll.
Embătæ, naves ſolis vectoribus trajiciendis deſtinatæ, *Navi da paſſeggiari*.
Embăter, baliſtæ foramen. Vitr. *Foro della baleſtra*.
Embaterium, cantus ad tibiam. Ingreſſus; embateuticum.
Embaticium, Aditiale, Honorarium, quod Patriarchæ, & Sacerdotes, cum munus ſuum aggrederentur, pro deſignatione ſolvebant. Malax. Lex. g.b.
Embaroza, paſſeris genus.
Embateuticum, ſive Emphyteuticum, jus ſuperficiarium, ejuſve, qui fundum vectigalem poſſidet. Alciat. Item, pedagium, jus exigendi certam pecuniam à prætereuntibus. Vide, Embadia. Lex. J.C.
Embathmi, ordinarii, & publici judices. Lex. J.C.
Embăton, calceamentum, vel cothurnus. Alciat.
Embătus, a, um, quod ingredi, aut aſcendere poſſumus. Lex. Philol. Embaterius numerus, quo utuntur in ingreſſu.
Embios, qui vividam vitam habet.
Embion, lignorum caries. Rh. *Tarlo di legna*.
Emblema, p.p. atis, vermiculatum opus, teſſellis inſititiis conſertum, imaginem alicujus referens. Emblemăta, ſunt ornamenta exemptilia, eminens ſculptura, *Lavoro intarſiato, ò moſaico amovibile*. Inſertum, & exemptile ſigillum.
Embola, orum, dicteria in media fabula interpoſita.
Embolaria, mulier ſcenica, quæſtuaria, empolaria, vide Empola. Salmaſ.
Embola, æ, incurſio, ingreſſus itineris, oſtium fluminis. Item, roſtra navium, agri ex lato in acutum delinentes. Rh. Item, frumenti ex Ægypto tranſvectio. Buleng. Anabola. Vide.
Emböla ſacra, certus frumenti modus, quem Ægyptus Romæ neceſſariò ſubminiſtrabat. Caſaub. ad Fl. Vopis.

Embo-

Embŏle, injectio, irruptio, conflictus. Gloss. Lex. Phil.
Embŏli, cylindri frusta, *Scamozzi di colonne*. Funduli verò, tenuiora frusta, *Taglieri*.
Embŏli, porticus hinc inde platearum; unde, embolariæ mulieres: ut fornicariæ à porticu, & fornice meretrices. Isid. Item, provolantia tabulata: ligna, ubi alligatæ ancoræ.
Embolicæ, Anabolicæ species, quibus oneratæ naves quotannis Romam mittebantur ex Ægypto, annuo vectigali. Turn.
Embolima, carmina spuria, imperfecta. Rh.
Embolimæi dies, interpositi, intercalares. Embolismus, embolimæus, annus intercalaris, *Bisesto*.
Embolimus mensis, in quo fit intercalatio, Februarius.
Embolismata, diversi panni hinc inde consuti. Rh.
Embolismus, superaugmentum, intercalatio. Februarius intercalaris dictus, cum ei dies unus interseritur, *Bisesto*. Item, quicquid immittitur, *Maschio*, *animella*. Vitr.
Embolismus, res ipsa, & actus: ex duobus autem cognominibus mensibus is est embolimus, qui prior. Scal. ad Manil.
Embolium, argumentum, & ingressus scenicus. Item, obex, qui rotæ præfigitur, ne excidat paxillus. Jun.
Embolia, episodia. Salmas. *Episodii*, *digressioni*. Item, rostrum navis. Alciat.
Embŏlum in medio actuum: Isŏdus, in principio: Exŏdus, in fine. Item, dimidium rhombi, pudendum muliebre. Rh. Item, embolum, dimidium rhombi, militibus pleni. Paxillus, & pastinum, quod axi insertum rotam continet. Petron.
Embolus, paxillus, cuneus, qui in aliquid immittitur. Lex. Phil.
Embractum, intriti genus. Varro. *Guazzetto*.
Embrectum, irrigatum, perfusum.
Embregmăta, insperfiones quæcumque, cum linteolis ex lana intinctis, fronti, aut temporibus ratione medica inspergantur. Lex. med.
Embrŏche, instillatio decocti ex alto per vas, exiguum foramen habens, supra læsam partem Lex. med.
Embrimium, lecti genus, aut culcitræ. Embrymium.
Embronium, parvum, & sine purpurâ vestimentum. Lex. Philol.
Embrymium, cernicalis genus crassioribus papyris in longos fasciculos coaptatum. Cassian.
Embryo, embryon, ōnis, embrium, inchoatus fœtus in utero, necdum perfectus, *Embrione*. Lex. med.
Embryorectes, embryothlastes. Vide.
Embryothlastes, instrumentum ad fœtus extrahendos; embryorectes. Gal.
Embryotomia, embriones in utero ejiciendi artificium. Umbilici sectio in fœtu recens nato. Pol.
Embryulcia, fœtus mortui extractio. Onom. m.
Emdōla, idōla, *Idoli*.
Emedium, vehiculum. Isid. Gloss.
Emedullāre, medullam extrahere, *Smedollare*. Isid. Emedullatum, emedallitum. Fest.
Emelia, ficinis, cordace, saltatio triplex Bacchica. Cerda.
Emem, eundem, antiqui dicebant. Fest.
Emembris, sine membro, sine fortitudine. Cath. *Smembrato*, *indebolito*.
Emĕmor, oblitus. Cath. *Scordato*.
Emenda, mulcta: emendatores, correctores: emenda, parti læsæ: mulcta, judici datur. Emendare, corrigere. Emendatrix, emendatè, emendatum.
Emendatores, chriostæ, apud Athenienses: debitorum exactores, & rationum magistri. L. i. c.
Emendico, p. p. emendicare, more mendicantium aliquid petere, *Dimandar per amor di Dio*.
Emendicatus honos: emendicabŭlum. Plaut.
Emendicatio, *Mendicità*.
Emendicata suffragia, corrogata, quæ abjectis precibus extorquemus, *Favori mendicati*.
Emensum, mensuratum, *Misurato*.
Ementiri, palam, & apertè mentiri, *Mentire publicamente*. Ementiens, ementitus, ementita possessio.
Mentum, excogitatio, ab Eminiscor. Isid. Gloss. commentum.
Emercor, emo, *Comprare*.
Emere, sumere, auferre. Plaut. Vide, Emo.
Emereo, emereor, benè, vel malè mereo, *Meritare*.
Emergens, quod extrinsecùs venit, præmium, in pecunia, *Quel che vien di fuora via*.
Emergens quæstio, extrinsecùs advenientis, quæ causam non perimit, sed differt. Incidens verò, merita causæ respiciens perimit. L. i. c.
Emergo, is, exurgo, exero, *Uscir d'acqua, ò altra cosa*. Emersum, *Uscito fuori*.
Emerita stipendia, impleta.
Emeriti milites, qui militia perfuncti ab ea absoluti vacationem habent. Emeriti senes, equi, boves, &c. effœti, *Consumati dagl'anni, ò benemeriti*. Emerita arma, victricia.
Emeritus, exauctoratus ob impleta stipendia. Item, valdè meritus.
Emero, as, p. c. merum diluo, *Adacquare il vino franco*. Item, merum, & purum reddere.
Emerobius, Hemerobius. Vide, Hemerobius, cum reliquis.
Emeruchit, herba, quæ Theriacam ingreditur. Onom. med.
Emeteria, vomitoria, vomitum cientia. Emetica, ad vomitum propensiora. Rh. Emeticum, vomitorium.
Emetior, metior. *Misurare*. Emensus, mensus, *Misurato*.
Emeto, as, p. c. meto, *Mietere*, *tagliare*.
Emetos, vomitus; unde, Emetoria, vide.
Emicadium, vas olearium. Pap. Isid. *Vase da oglio*.

Emi-

Emicantim, emicanter. Tertull. Emicatim, ſplendenter, *Splendidamente*. Sidon.
Emĭco, as, p.c. emicare, ſplendere, *Riſplendere*. Item, extra ſalire, *Saltar fuori*. Item, excellere. Emicatio, ſplendor. Apul.
Emigraneus, vermis capitis. Cath. unde, dolor capitis emigraneus.
Emĭgro, as, p.c. emigrāre, ante tempus conductionis habitationem linquere, *Andare ad habitar altrove*. L.J.C.
Emigratio, inquilinorum mutatio, *Mutatione d'habitatione*.
Eminatio, minæ. Plaut. *Minaccie*. Ab emĭnor. Vide.
Emineo, es, excedo, appareo. Eminens, eminentior, eminentia: Eminentiſſimus, Cardinalium titulus nuper inventus. Eminenter, excellenter. Eminŭlus, dimin. Eminens, altus.
Eminiſcitur, in memoriam reducit. Iſid. Gloſſ. Pap. *Ridurre à memoria*. Pal.
Emin'tu? eminens ne tu? Palm.
Eminor, p.c. compoſitum à minor, aris. Plauto. *Minacciare*.
Eminŭlus, parùm eminens, *Poco eminente*.
Emĭnus, è longinquo loco, *Da lungi*: Comĭnus, è propinquo, *Da vicino*; quaſi è manu, cum manu.
Emio, orno, decoro; unde, Redimio.
Emiphoſium, rejiculamenta panni linei concerpti, *Ritagli di panni*.
Emiplodium, vide, Hemiplodium, cum reliquis compoſitis. Hem.
Emiſſarium, receptaculum, unde aqua ex ergatorio in caſtellum deducitur, *Condotto da ſcolar, ò per raccorre acqua*. Vitr. *Cataratta*.
Emiſſarius, excurſor, explorator exercituum, præmiſſus conciliator furtorum, & luxuriæ, *Meſſo*. Item, calumniator ſubornatus. Emiſſarius equus, aries, *Stallone*. Emiſſarius palmes, *Tralcio*. Mercurius emiſſarius. Gyral. Item, percuſſor.
Emiſſiones, jaculationes, vibrationes. Emiſſus, us, emiſſio. Lucr. *Licenza, comiato*.
Emiſſitius, exploratívus, qui ad explorandum emittitur. Emiſſitii oculi, huc illuc ſpectantes.
Emĭtes, lapis ebori ſimilis. Iſid.
Emitybium, indumentum lineum, utrinque fimbriatum.
Emitto, foras mitto, *Mandar fuori*.
Emmanuel, Emanuel, nobiſcum Deus. Hebr. Tertul. Immanuel.
Emmĕles, modulationem habens.
Emmelia, ſaltatio tragica: Cordax, comica: Sicinnis, ſatyrica: Pyrrhicha, bellica. Bud. Delrius.
Emmelia, modulatio, concinnitas. Emmeles, concinnus: gravis illa, modulata, & oratorum geſtui proprior. Sicinnis, laſciva, inconſtans actio. Vide.
Emmēna, quæ intra menſem fiunt, purgationes menſtruæ mulierum. Item, ſacra Græcorum. Stuch.
Emmenia, menſes, menſtrua.
Emmetra, quæ metrica ſunt, & metro conſtant.
Emmiſthus, mercede aliquid faciens, mercede conductus, *Mercenario*.
Emmota, quæ curationem per concerpta linamenta requirunt, ut ulceracava. Item, ipſa linamenta, ſeu medicamenta. Gorr.
Emmōti, qui ulcere cavo laborant. Gal.
Emo, is, pecuniis compato, *Comprare*. Unde, Emptor, qui emit, *Compratore*. Emptio, Emptitium, &c. Vide ſuis locis.
Emodŭlor, p.c. Emodulāri, modulatè canere, *Comporre, ò cantar con muſica*.
Emola, vas coquinarium, quaſi ænea olla. Voc. Eccl.
Emolior, emoliri, excitare, expellere, *Scacciar fuori con forza*. Emolimentum, lucrum molendini. Cath.
Emollio, is, emollire, frictione, & ſubactione molle reddere, *Mollificare*.
Emollidus, mollis, *Molle*.
Emŏlo, is, p.c. perfectè molo, *Macinar bene*.
Emologare, confirmare, laudare. Lex.J.C.
Emolumentum, utilitas, *Utilità*: contra, Detrimentum, *Danno*. Item, operoſum, magnum ſtudium requirens. Victor, Emolimentum.
Emoneo, moneo, *Ammonire*.
Emoriri, mori. Ter. emorior, obeo, *Morire*.
Emortualis dies, quo quis mortuus eſt, *Giorno di morte*: Natalis, quo natus, *Natale*.
Empanda, Dea, quæ patentibus pagis, non clauſis, præeſt. Feſt. paganorum Dea, Pales.
Empaſma, gradus. Gloſſ. g. b. Empaſmas., compoſitio. Oribas.
Empaſmata, inſpergines, medicamenta arida, quæ cuti inſpergúntur, ad ſudorem, aut pruritum coercendum. Gorr.
Empedithen, veſtis talaris Monachorum. Voc. Eccl.
Empedocyclum, tempus certis recurſibus rediens, *Tempo, che ritorna*.
Empedomythus, qui firmi eſt ſermonis, *Chi ragiona con ſaldezza*.
Empedophyllus, perpetuò virens frondibus, *Chi hà foglie ſempre verde*.
Empenetica, eſuritionis ars. Cic. Empeneticam facere. Turn.
Empetra, quæ in locis ſaxoſis veniunt. Empetrum, phacoides, calcifrăga, herba cathartica. H.P. ſaxifraga.
Emperonatris, emperonēma, diplois, veſtis duplicata. Tiraq.
Empĕtus, impetus barbarorum, urbicus. Rigal.
Emphænomēna, quæ in ſpeculo apparent, *Che ſi vedono in ſpecchio*.
Emphănes, qui repræſentatur oculis noſtris, *Apparitione*.
Emphatniſmata, tabulæ, quæ tolluntur è præſepi ad expurganda excrementa. Poll.
Emphaniſtica, quæ clerici ſolvebant in clerum allecti magnæ Eccleſiæ. Lex.g.b.

Emphă-

Digitized by Google

Emphăſis, p.c. inanis rei repræſentatio, vel figura, cum plus ſignificatur, quàm dicitur. Emphaticum.
Emphaxis, meatuum, vel pororum obſtructio. Lex.med.
Emphiloſophēma, diſſertatio philoſophica, *Diſcorſo filoſofico*.
Emphōnus, canorus, *Riſuonante*.
Emphotum, intervallum, diſtantia. Lex. g.b. *Intervallo*.
Emphractæ, naves tectæ, naves onerariæ; meliùs, cataphractæ. Vide. Emphractus, tectus.
Emphractus, obturatus, ſeptus, *Turato*.
Emphractica, emplaſtrica, quæ inſtar emplaſtri fiunt. Tiraq. Item, obſtruendi facultate prædita.
Emphraxis, obſtructio meatuum. Ecphractica, medicamenta obſtructione liberantia: contra, Emplaſtrica, obſtruentia.
Emphorbia, depaſcentia, & abſumentia, *Conſumativi*.
Emphron, mentis compos, *Incervello*.
Emphūrus, cui præſidia impoſita ſunt, præſidiis munitus, *Preſidiato*.
Emphyeſma, excreſcentia quædam illorum. Onom.med.
Emphylliſmus, inoculationis ſpecies inter lignum, & corticem. Rh.
Emphylos, p. p. qui eſt ejuſdem tribus, contribulis, *Del medeſimo terziero*.
Emphyſēma, p.p. inflatio, ſpiritus flatuoſi collectio in inanibus corporis partibus. Lex.m.
Emphyſēſis, inflatio, inſpiratio, *Gonfiamento, inſpirazione*.
Emphyſis, ingeneratio, ipſa actio inganerandi, *Generatione*.
Emphyſēma, inflatio palpebrarum. Onom. m. *Enfiagione delle palpebre*.
Emphyſōdes, febris gignens ardorem, & inflationem in ore. Lex.med.
Emphyteuſis, inſitio, plantatio. Item, locatio inculti agri perpetua, ut colatur, & inſeratur, & quamdiù mercedem perſolvit, tamdiù fruatur colonus, *Livello*. Emphyteuma, melioratio. Unde, Emphyteuta.
Emphyteuta, emphyteutes, emphyteuticarius, emphyteuticus, qui fundum, agrumque eâ lege conducit, *Livellare*. Emphyteuticus ager.
Emphytos, ingenitus, à naturâ inditus, *Connaturale*.
Empyrocauſterium, caminus, & locus igni deſtinatus. Voc. Eccl.
Emplcra, amarulenta, *Coſe amare*.
Empiměla, quæ pinguedinem habent, *Coſe graſſe*.
Empira, uſu perita, *Praticate*.
Empiria, experientia. Pap.
Empirice, p.c. medicina ſolâ experientiâ ſanans.
Empiricus, qui ſolâ experientiâ medetur.
Empiſtōma, contractio nervorum. Pap.
Emplaſtratio, Inoculatio, in arboribus dicitur, cum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex alterâ arbore. Coēlum. *Inneſto*.
Emplaſtro, as, unguento oblino, *Impiaſtrare*.
Emplaſtrica, meatus oblinentia, opplentia, obſtruentia.
Emplaſtum, emplaſtrum, fictum, formatum. Item, unguentum, quod ex diverſis liquidis metallicis formatur: Emplaſtrum verò dictum, cataplaſma, *Impiaſtro*, vocatur. Plin. Celſo, meatus obducit. Lex.med.
Emplattomĕna, medicamenta prohibentia, ne quid per urinam, & cutem effluat. Lex.med.
Emplectum, ſtructuræ genus, tantummodò frontibus poſitis, reliquis fortuitò collocatis. Plin.
Emplocia, feſtum Athenis, quo plexis crinibus incedebant fœminæ. Heſich.
Empneumatōſis, ventoſitas, inflatio ventriculi. Empneumatica, inflandi vim habentia.
Empnictus, in ollâ furno inclusâ ſuffocatus. Athen. *Soffocato in forno*.
Empnœa, ipſa ſpirandi actio, *Reſpiratione*.
Empōla, captura, quæſtus. Unde, Empolaria mulier, ſcenica, quæſtuaria. Salmaſ. Vide, Embola.
Empolæus, cauponator, Mercurius dictus, quòd auctionibus, & mercimoniis præſit. Empola, lucrum ex negotiatione, *Avanzo dal negotio*.
Empolĕmus, cujus in bello uſus eſt, *Viſto in guerra*.
Emponema, labor alicui rei impenſus, *Fatica fatta*. Item, expenſæ utiles, & neceſſariæ, bona fide factæ, vulgò melioratio. Lex.i. c. Item, jus, quod emphyteuta acquirit per culturam agri, *Miglioramento*.
Empōnus, laborum patiens, *Chi porta la fatica*.
Emporium, mercatus, vel locus, in quo res venales exponuntur. Emporia, mercatus, *Mercato*. Emptorium. Cath. Emporicum, emporeticum.
Emporetĭcum, pertinens ad mercatorem. Emporetica chartha, venalis, mercatoria, qua utuntur mercatores ad involucra facienda, ideò ſcribendo inutilis, *Carta ſtraccia*.
Emporus, vector, qui mare trajicit aliena navi. Lex.Phil.
Empos, impos. Cath. *Impotente*.
Emprōros, in proram inclinatus.
Emproſōpus, quem in oculis gerimus.
Emproſtocentra, aculeum in ore habentia, & in parte anteriori.
Emproſthotŏnus, morbus, qui ob nervorum convulſionem inclinat collum ad anteriora. Unde, Emproſthotonica, emproſthotonicus, hoc morbo laborans: Opiſthotŏnus, ad poſteriora: Tetănus, eſt æqualis tenſio, *Collo ſtorto*.
Emproſthuretĭca, animalia ex anteriore parte urinam reddentia.
Emproſthocurbion, anterior ſellæ crepido. Anon. Lex. g.b. *Arcione della ſella d'avanti*.
Empticius, facilis ad emendum, *Facile à comprare*. Servus empticius, in ſervitutem emptus.

Emptio,

Emptio, ōnis: imaginaria, quæ ſimulatur, & non verè fit, *Compra*.
Emptionālis, qui frequens eſt in emptionibus, & proſcriptionibus bonorum.
Emptitius, qui eſt de numero venalium, aut eorum, qui empti ſunt; contra, Gratuitus, *Compraticcio*.
Emptito, p. c. frequenter emo, *Comprar ſpeſſo*.
Empturio, cupio emere, *Haver voglia di comprare*.
Emptivum, mercenarium. Feſt.
Emptor, emptrix, qui, quæ emit.
Empturitio, deſiderium ſæpè emendi. Digeſt. *Deſiderio di comprare*.
Empteus de lapide, ſervus non frugi, *Servo comprato in publica piazza*.
Emptra, animal quadrupes. Geſn.
Empturio, cupio emere, *Haver voglia di comprare*.
Empūſa, larva, quæ ab Hercate immittitur in miſeros, quaſi uno incedat pede, dicta. Empuſæ ludus, Aſcobaſmus, cum altero ſublato, unico ſubſiliunt pede. Jun.
Empyēma, p. p. collectio puris facta in qualibet parte, *Poſtema*. Empyus, empyicus, hoc morbo laborans.
Empyi, qui abſceſſu thoracis laborantes pus excreant. Empyēma, morbus. Lex. Med. Empyi equi, quos ſuppuratio infeſtat. Rh. *Che patiſcono poſtema*. Empyicus, ſanguinem ſpuens, ſuppuratus. Lex. Med.
Empyemata, diapyemata, ſuppurantia omnia.
Empyēſis, apoſtema interius. Iſid. *Poſtema interiore*.
Empyreuma, reliquiæ caloris febrilis poſt ſolutam acceſſionem. L. M. Item, carbones cineribus obſtructi ad accendendum ignem, cum ſit opus, *Carboni coperti di cenere*.
Empyum, ſuppuratione, & ſanie plenum, *Pieno di marcia*.
Empyreum Cœlum, undecimum, primum mobile ambitu continens, Beatorum ſedes, ita dictum, quaſi ignitum. Empyria, ignea.
Empyrus, igne utens, ignem habens, *Chi adopra fuoco*.
Empyrus, in quo eſt pus, ſuppuratus. Lex. Philol.
Emſim, empſim, emerim. Plaut.
Emucidum, valdè mucidum, *Molto muffolento*.
Emucidāre, mucorem auferre, *Levare il muffo*.
Emugio, is, emugire, cum mugitu proferre. *Mugghiare*.
Emulgator, promulgator. Cod. emulgatio. Tacit. *Promulgatore*.
Emulgentes venæ, quæ per renes urinam trahunt.
Emulgeo, emulgēre, mulgendo extrahere, *Mongere il latte*.
Emulctrale, vas ubi mulgetur. Cato. *Vaſe del latte*.
Emunctus, ſpoliatus, purgatus: emunctæ naris, facetus elegans, acer. Emunxus, Cath. *Amalthea Onomaſt.*

Emunctorium, ferrum, quo aliquid emungitur, *Smoccolatoio*.
Emundo, as, mundo, *Mondare, nettare*.
Emungo, is, emungere, ſine labore tollere. Teren. Emungerentur pro Emungerent. Varro. Emunctus, exhauſtus. Emunctio, onis, *Il mongere*.
Emunio, is, munio, *Fortificare*.
Emunitas, immunitas. Conc. Ticin. *Immunità*. Cod. ll. antiq.
Emuralamii, ſigniferi Turcici. Lex. g. b. *Alfieri Turchi*.
Emuſco, purgo, & muſcum adimo, propriè de arboribus. Colum.
Emuſſitātum, adamuſſim factum. Feſt. fortaſſe, Amuſſitatum.
Emutire, tamquam mutum ſignum facere. Plaut. *Mutirſi*.
Emutāre, immutare. Quintil. *Mutare*.
Emutio, is, mutio, *Mutire*.
Emūto, as, p. p. immuto, *Mutare*.
Emydes, teſtudines, in aquâ dulci degentes. Plin.

E N

Ena, unitas. Cath. *Unità*. Item, tenuiſſima chartæ pars. Ina, Salm.
Enacrātum, vinum merum. Lex. g. b. fortaſſe, œnocrātum.
Enæmum, medicamentum ſiſtendo ſanguini aptum. Item, glutinans, glutinatorium: ſanguinarium. Lex. m. Alipæna. Vide.
Enæorēma, p. p. nubecula in urinâ, quæ non ſubſidet, dicta, Hypoſtāſis; ſed ſupernatat, vel in medio exiſtit. L. m.
Enætherius, ſub dio qui eſt, *Chiè alla ſcoperta*.
Enagiſmăta, exequiæ, libamina oblata Manibus, *Eſſequie*.
Enagogius, certaminis præfectus, *Capo della battaglia*.
Enallage, ordinis permutatio, figura.
Enanthropēſis, p. p. converſatio, vitaque Chriſti inter homines. Dei incolatus inter homines: Incarnatio.
Enantibius, contrariam habens vitam, *Chi vive al contrario*.
Enantigonion, diagonion, Figura: pugna quædam contrariarum ſententiarum.
Enanthropōſis, incarnatio Verbi.
Enantiophōnus, contrariam habens vocem, *Di voce contraria*.
Enantiologia, contradictio, *Contraditione, oppoſitione*.
Enantiomata, contradictiones.
Enargia, p. p. ſermonis perſpicuitas, evidentia, illuſtratio, *Chiarezza di parlare*.
Enarētus, virtutis particeps, *Virtuoſo*.
Enāre, extra natare. Pap. ab Eno, as, *Scampare nuotando*.
Enarro, apertè narro.
Enarythmus, qui aliquo numero habetur, *Chiè in conto*.
Enarmonicus, ad harmoniæ muſicæ modulos compoſitus. Apud Muſicos, progreſſus à

gravi ad acutum per diesim, & diatonum, & contra. Zarlin.
Enarthrōsis, Diarthrōsis, ossium structura, cum os cavum alterum accipit. Gal.
Enarro, as, perfectè, & usque ad finem narro. Enarratio, interpretatio. Enarrabile, quod enarrari potest, *Raccontare fino al fine*.
Enātus, natus: Denatus, mortuus. Enascor, nascor: Denasci, mori.
Enăto, as, p. c. extra nato, natando evado, *Nuotar fuori*.
Enavigo, as, p. c. navigando trajicio usque ad finem, *Navigar'al luogo destinato*.
Enavāta, quæ sunt in vestibulo, & ante oculos. Enavāre, diligenter facere.
Enaulemata, farina vino, & oleo humectata. Onom. m.
Enaura, auris pervia, *Espoſti al vento*.
Enausma, id quo ignis accenditur, igniarium. *Cosa per accendere il fuoco*.
Encænia, innovatio, & dedicatio cujusque rei. Initialia sacra, anniversaria urbium conditarum, dedicatio rei novæ, aut templi, innovatio; unde, Encæniare, novum quid aggredi, nos Etrusci, *Encegnare, mettersi un'habito nuovo, ò manimettere*. Encænia, aliis.
Encæniſmus, innovatio, instauratio; *Incegnamento*.
Encālon, cippus, instrumentum ad colligendos pedes, *Ceppo*.
Encalypteria, munera, quæ dantur sponsæ adhuc velatæ. Rh.
Encalypsis, velatio faciei præ pudore, *Velamento della faccia*.
Encanthis, oculorum angulus. Item, tumor præter naturam in magnis hirquis oculorum, seu angulis, cum immoderatè augentur. At, Rhæas, Rhyas, cum immoderatè diminuuntur. Lex. m. Canthus enim, angulus est, *Canto dell'occhio*.
Encardia, gemma è cordis effigie dicta.
Encardium, pars, in quâ est cor. Item, medulla in plantis. Medium cujusque rei.
Encarpus, fructus in se habens, fructuosus, *Fruttuoso*.
Encarpa, encarpi, contextus florum, frondium, fructuumque in antepagmentis portarum, & capitulis columnarum contextarum, dicti, *Festoni, ghirlande*.
Encarpia, evaporationes è floribus factæ, & fructibus, in sacris. Rh.
Encatascepsis, cum corpus invadit, & incumbit in totum corpus, aut partem.
Encathisma, sessio aliqua mediata, usque ad umbilicum tantùm. Lex. med. Gorr.
Encathismăta, insessiones. Aurel. Tiraq.
Encauma, inustio, pustula ex ustione contracta.
Encausis, inustio, pictura. Encaustes, inustor, pictor. Encausticus, a, um, pertinens ad picturam. Encaustice, ipsa ars inustoria. Lex. Phil.
Encaustice, picturæ genus, quod adhibito igne fingitur, *Smalto*. Encaustes, qui ita pingit.
Encaustum, genus picturæ, quod fit inurendo, & ipsa materia inusta ad hanc picturam apta. Encausticum, opus encaustæ, *Smaltato, fatto col fuoco*. Incaustum, inustum, atramentum. Lex. Philol.
Encautæ, scripturæ, vel picturæ genus. Lex. i. e. Encauterium. Encautum, atramentum regium. Buleng.
Encelădus, cui inest celadus, idest tumultus, strepitus; ita dictus gigas.
Encentrides, centra, stimuli calcaneo equitum inhærentes. Rh. *Sproni, pungiglioni*.
Encentris, inhærens calcaneo stimulus, *Pungiglione*.
Encephălus, qui in capite est, cerebrum. Item, palmæ cerebrum, encordium, Rh.
Enchemăta, ulcera cruenta. Rh. *Vlcere sanguinose*.
Enchātis, caruncula, vel inflammatio, vel ulcus in majori oculi angulo; Enchantis.
Encharaxis, sacrificatio, cutis sectio, non punctim, sed cæsim facta. Lex. m.
Encheſimori, qui præacutis utuntur hastis. Rh.
Enchimargus, hastâ furens.
Enchimoïdes, herbæ species, serpillo similis.
Enchirēma, id quod aliquis aggreditur, molimen, *Opera, empresa*.
Enchiridium, parvus gladius, pugio, manubrium. Item, libellus, qui manu comprehendi potest, *Libretto*.
Enchirogastor, qui manuum labore vivit, *Che vive delle sue fatiche*.
Enchondron, cartilagineum, grumosum, granulosum. Gorr.
Enchorda, organa, quæ nervis intenduntur. Pneumatica, quæ flatu canunt.
Enchoridæ, grumi, ceræ modo facti in emplastris dum liquida infunduntur. Lex. m.
Enchoriæ, aves nostrates, *Vccelli nostrati*.
Enchorii, milites infimi, qui non accipiebant donaria ab Imperatoribus, sed exiguum stipendium.
Enchorides, tageniæ, panes, qui dum in sartagine coquuntur, caseus infunditur, oleum, mel, sesama. Rh.
Enchorius, indigena, qui in eo ipso loco degit, ubi genitus, *Nativo habitatore*.
Enchosis, impletio, quæ fit terrâ aggestâ in locum cavum, *Riempitura*.
Enchrista, medicamenta liquida apud Celsum; qui illinunt, aut inunguntur.
Enchryphias, panis subcinericius, *Pan cotto sotte le ceneri*.
Enchūsa, herba, qua sibi mulieres ruborem faciei conciliant.
Enchyma, infusio. Gor.
Enchymăta, medicamenta liquida, guttatim in dolentes aures, vel oculos inst illata.
Enchymōma, p. p. sanguinis, & humorum in partem aliquam naturalis effusio, per quam partis ejus venulæ sanguine replentur, ut in ira, ve-

verecundia, &c. Lex. med.
Enchymosis, seu enchymōma, cum sit præter naturam, ut in vulnere, absciessus est, &c. Lex. m.
Enchymōsis, sigillatio, sanguinis sub cutem per grumos effusio.
Enchyrictæ, præficæ plorantes, exequias sepulchris peragentes, aqua, & sanguine effuso. Item, quæ infantes undis exponunt.
Enchytum, placentæ species, quæ infundebatur in calicem pertusum, in unguine positum. Turn.
Enchytus, infusus, qui infundi solet. Enchio, infundo. Lex. Phil.
Encimibomata, vestes puellares. Cato.
Enclastridia, genus ornamenti muliebris. Poll.
Enclesis, enclema, criminatio, libellus actoris, accusatio. Cath.
Enclima, inclinatio, & ubi gubernator navis inclinatus decumbit. Poll. Item, mundi plaga, clima.
Encliſis, is, inclinatio, modus verbi. Unde, Enclitica. Vide.
Encliſte, dies sepulti servitoris. Lex. g. b.
Enclisti, Monachi clausurarii, inclusi olim dicti. Suid. Encliſtra, caveæ.
Enclita, partes lecticæ. Poll.
Enclitica, quæ se inclinant, in præcedentem syllabam rejecto accentu. Encletica.
Enclysmata, clysteres, *Clysteri*. Tiraq.
Encæisma, sacrificium apud Argivos defunctis exhibitum, cum carnem in luctu ab Apollinis sacerdote pro hordeo sibi datam, igne ab aliis mutuato torrebant. Plut. in Probl.
Encœlia, intestina. Item, navium costæ, ligna transversaria in navi.
Encænica, renovationes, restaurationes, dedicationis festum: Feriæ, quæ novo operi facto dicando institutæ sunt. Encænia meliùs, à cænon, novum. Vide.
Encolaptice, ars celandi laminas: encolamma, sculptura.
Encolpiæ, venti, qui è mari veniunt per sinum. Colpus, sinus. Lex. Philol.
Encolpismi, fœtui firmando medicamenta: encolpismus, infusio, quæ fit in sinum. Onom. med.
Encolpium, quod è collo gestabatur in pectore, seu sinu. Lex. g. b. Crux cum precioso ligno, & reliquiis, collo suspensa Imperatorum. Luitpr.
Encombomāta, vestes puellares, uti & Parnacides. Alii dicunt esse suppari genus, & cinctus fœminei. Alii, servilem esse vestem. Poll. Tiraq.
Encomiastes, laudator, qui alterius celebrat encomium, orator.
Encomiasticæ, cantilenæ species, quâ præstantium virorum præcinebantur laudes. Rh. *Oratione in genere exhortativo*.
Encommiasticum, laudativum, demonstrativum.
Encomium, præconium alicujus, ex multis virtutibus compactum: Laus verò una, Epænus dicta. Rh. *Lode*.
Encomium, carmen in victoris laudem editum, quo ipsius res gestæ illustri præconio canuntur. Epinicion. Vide. Lex. ic.
Enconius, in pulvere versans.
Encōpe, incisio, incisura.
Encoprotica, stercus educentia. Tiraq. *Per scaricare il ventre*.
Encōpum, pars navis, in qua remi sunt collocati. Athen.
Encōpus, labore plenus, lassus.
Encotyle, es, lusus, quo victi victorum genua manuum cavitate excipientes gestabant. Rh.
Encranium, parencephalis, cerebellum, posterior pars cerebri, spinalis medullæ initium. Lex. med.
Encrasicholi, pisciculi. Jun. Encrasis, piscis marinus. Rondel.
Encrātes, qui in potestate rem aliquam habet, compos sui.
Encrinomenos, qui athletis adnumeratur, & in eorum numerum recipitur. Turn.
Encris, idis, opus pistorium, & dulciarium, è similia, & alphita, stria, tagenia. Poll.
Encritus, probus, & qui est ex approbatis in ordinem, numerumque redactus, quasi vilis, & vulgaris: contra, numero exemptus, Ecritus, eximius dictus. Bud.
Encrymmāta, militares insidiæ ad hostes fallendos, *Strattagemmi*.
Encryphias, panis subcinericius è crassiore tritici farinâ, quod dum coquitur sub cineribus, testa absconditur. Rh. *Pan cotto sotto la cenere*.
Encūdo, incus. Sub. *Incudine*.
Encurādes, rerum imagines, insculptæ in ædium frontispitiis: stigmata in facie.
Encybōma, amiculum album, quo servi in comœdiâ usi. Poll.
Encycla, encyclopædia, scientia universalis orbis, universæ doctrinæ, *Scienza universale*. Encyclia, circularia, vulgaria, *Triviali*.
Encyclema, pegmatis species subjectis rotis, quo circumacto, quæ intùs fierent, spectatoribus ostendebantur. Theatrum versatile.
Encyclera, machina lignea. Rh.
Enyclicæ litteræ, encycliæ, quæ plures eodem argumento ad multos mittebantur scriptæ. Buleng. Contra, Antencyclicæ. Vide.
Encyclius, circularis, vilis, quasi in ordinem reductus, *Ciarlatano*. Item, cui circulus scientiarum ineſt, *Chi sà di tutto*.
Encyclia, circularia, vulgaria, obvia. Turn.
Encyclon, vestis muliebris circularis. Poll. Item, pensio annua. Idem.
Encyclicæ, encycliæ, commentationes Aristotelis, dicta problemata, quòd de rebus omnibus tamquam in circulo passim quæreretur. Item, quæstiones convivales à sodalibus disputatæ. Luisin.

Encyclopædia. Vide, Encycla.
Encycloposia, compotatio facta in orbem.
Encylindesis, revolutio, *Arrotolamento*.
Encyon, prægnans, uterum ferens, *Gravida*.
Encyrtos, incurvus, *Curvo*.
Endacrys, cui lachrymæ oboriuntur, *Chi lagrima*.
Endecaëtes, qui undecim est annorum, *D'anni undici*. Endecas, undecim, endecasyllăbus. Endeca, undecim.
Endecaclinus, p. p. undecim lectis stratus, *D'undici letti*.
Endecastylos, undecim columnas habens, *D'undici colonne*.
Endecatæus, undecimum diem agens, *D'undici giorni*.
Endeleschismus, perenne sacrificium mane, & vesperi, *Sacrificio matutina, e sera*.
Endēmus, endemius, morbus patrius, vernaculus, alicui regioni familiaris, communis multis, non mortalis, *Male, che và in volta*. Lex. m. Vide, Epidemius. Gorr.
Endeplōro, imploro, antiq. Fest. *Ottener pregando*.
Endexius, qui est ad dexteram, faustus, *Destro, propitio*.
Endiadys, figura, cum una res in duas dividitur' metri causa, interposita conjunctione.
Endiætēma, cœnaculum, Lex. i. c.
Endiæum, eudiæum, foramen in navi, per quod emittitur sentina. Item, eneum filum, quod mendici in extremo clysterii linquunt, per quod clysmus, idest, lotium emittitur. Unde, clysterium. Fest. Turn.
Endixis, indicationes auxiliorum materiæ. Gal. Lex. m. contra, Antidixis.
Endivia, intybus.
Endivia, intŭbus, intubum, cichorei genus, *Endivia*.
Endo, indu, pro in, Turn. Unde, composita, endotuēri, endopediri; intueri, impediri.
Endocepta, incepta. Endiaures, inaures.
Endocautum. Sup.
Endoclusa, inclūsa. Sup.
Endoprocinctu, in procinctu.
Endodicaret, indicaret. Sup.
Endofestāre, infestare. Sup. Endofesto, infesto.
Endogenes, intùs genitus, domi natus; Endogenia, natura interna, connaturalitas; Endogenicè, connaturaliter.
Endogredi, ingredi: endopedire, impedire.
Endoitium, initium. Fest. *Principio*. Turn.
Endomatica, quæ Imperatorum permissione præter publica vectigalia, sibi privatim publicani exigebant. Lex. Philol.
Endomēsis, p. p. moles jacta ad reddendum navale portuosum, *Mole*,
Endopecisco, impesco, injicio, immitto. Gloss. Lex. Philol.
Endoprocinctu, in procinctu. Fest.
Endor, aries. Cath.
Endoriguum, irriguum. Sup. *Bagnare*.
Endosimus, remissio, laxatio.
Endosimum, incitamentum, & occasio, propriè carminis, vel rythmi auspicatio facta à chorodidascalo, cui accinere chorus solebat, *Tuono, è voce*.
Endotueri, intueri, *Guardare*. Endopediri, impediri. Endocœpta, incœpta, antiq. &c. ab Endo, composita.
Endoxa, opinabilia, honorifica.
Endrome, saltationis genus.
Endromides, calceamenta cursorum. Endrŏmis, p. c. vestis hirsuta contra cœli injurias, *Palandrana, è casacca*. Endromidatus, endromide vestitus. Sidon.
Enduo, induo, antiq. Palm. *Vestire*.
Endymiōnes, veternosi, somniculosi, ita inscripta satyra. Turn. Non. *Sonnachiosi*.
Endyte, supremum sacræ mensæ instratum. L. g. b.
Enecce, antiq. pro En, aut Ecce simplex, *Ecco*.
Enebeterium, locus amœnus, in quo convivia agitantur, ut sunt villæ, *Luogo da ricreatione*.
Enĕbræ, Inĕbræ, aves in auguriis prohibentes. Enebra, Dea prohibens. Inebra, Proebra. Scal.
Enĕco, as, p. c. enecare, interficere, neci dare, *Uccidere*. Enectus, occisus, *Ucciso*.
Enelăta, claviculi, qui rotam prohibent exire, Hamaxedonia, dicta. Rh. Item, ligna recta, in quibus adiguntur gradus scalæ. *Spalle della scala*.
Enelysia, orum, bidental, locus fulguritus.
Enepiscemma, cum quis se credidisse ei pecuniam dicebat, cujus bona publicabantur. Suid.
Energia, actio, motus partium activus.
Energia, muneris functio, efficacia orationis, rerum gestarum, & quasi gestorum sub oculis inductio. Pap. Inergia, unde inergumenus. Cath.
Enĕma, infusum, quod per inferna in alvum infunditur, *Infusione del clistere*, clyster, qui injicitur. Lex. Med.
Enœoremata, sublimia, quæ in urinis continentur, & innatant. Onom. med.
Energēma, quod ex vi quâpiam prodit, vexatio dœmonum. Tertul. Inergema. Cath. Energima.
Energetica, agendi vim habentia. Energos, qui aliquid agit strenuum. Energia, Fig. diatyposis, &c.
Energima, pro energēma.
Energumĕnus, qui agitur à quoque spiritu, sive bono, sive malo actus; ab immundo verò apud Theologos. Lex. Philol. *Spiritato*.
Enecrochiōtes, mortuorum colorem habentes, luridi.
Enervare, debilitare, veluti nervos auferre, *Snervare*. Enervus, enervatus, enervis, mollis, delicatus, *Snervato*. Enerviter, molliter, *Debolmente*.
Enestios, qui intra lares est, domesticus.
Enete, fibula est, quâ Junonem se ornasse tradit

Home-

Homērus. Tiraq.
Enēter, clyſter, per quod enema infunditur. Vide, Enema.
Engaſtrimythi, ventriloqui, qui ore clauſo loquuntur, quaſi ex ventre. Item, qui Dæmonis afflatu aliquid præſagiunt, *Indovini per arte diabolica*. Engaſtrimytha, mulier, Pythoniſſa dicta.
Engaſtromantes, ſternomantes, in cujus corpore, aut pectore Dæmon habitat, & fatur.
Engibăta, merulæ, hydraulica organa, quæ aquam bibentia, tandem movent ſigilla, cæteraque delectationem moventia. Item, icunculæ humano more ſe moventes, *Coſe moſſe da acqua per diletto*. Philand. Virr.
Engiophyllus, humi habens ſerpentia folia, *Che hà le foglie per terra*.
Engios, uſura terreſtris menſtrua in legibus Naval. Prat.
Engiſoma, p. p. percuſſio oſſis, cum pars affecta in profundum deſcendit, ac ſuper illæſum os corruit. Lex. m. Cranii fiſſura.
Engiſomāta, inſtrumenta, quibus in calvariæ fracturis utimur. Lex. med.
Englottogaſtor, qui linguæ miniſterio ventrem alit. Enchirogaſtor, qui manus miniſterio. Suid. *Chi vive con la verar di mani*.
Engonaſis, ingeniculus, ingeniculatio, Herculis ſignum ingeniculatum. Nixa genibus.
Engonăton, horologium in genu plicatum, portatile, ſolare. Vitr. *Horologio, che ſi piega*.
Engonius, anguloſa brachii figura. Lex. m. *Angolo del braccio*.
Engorgo, terribilis aſpectus, *Terribile da guardarſi*.
Engosōma, Camarōſis, oſſis præruptio. L. m.
Engyothēca, Engytheca, ſcrinium rerum pretioſarum, repoſitorium, *Scrigno di coſe preſoſe*.
Enhæmus, medicamentum ſupprimens ſanguinem, *Medicamento da ſtagnar il ſangue*.
Enhydriæ, flatus, qui cum aquâ tumultuosè fragosâ feruntur.
Enhydris, idis, coluber in aquâ vivens, *Che vive nell'acqua*.
Enhydros, lapillus candĭdus, lævus, intus continens liquorem, ut albumen ovi. Plin. Item, beſtiola in aquis Nili verſans, crocodillum dormientem necans.
Enhydrus, enhydrobitus, animal fluviale, amphibium. Item, aquoſus, & in aqua vivens. Item, gemmæ ſpecies. Enhydros. Vide. Lex. Phil.
Eni, inim, etenim. Pal. enim, etenim. Terent. *Imperoche*.
Eniauthophŏrus, annuum fructum ferens, *Che fà frutto ogn'anno*.
Enĭca, adultera. Iſid. Gloſſ. Echnica. B. Vulc.
Eniemena, injecta, clyſteres, infuſa.
Eniochus, Heniochus, tenens habenas, auriga, ſignum cœleſte.
Eniſacrum, ignis ſacer. Sup.
Eniteo, es, enitesco, valdè niteo, *Riſplendere*, *Amalthea Onomaſt.*
Enitor, ĕris, pario, *Parturire*. Item, valdè nitor. Enixa fœmina, partu levata: enixus, us, pariendi actus, *Parto*, à verbo, enitor, conor.
Enixim, enixè, cum conatu. Non. *Studioſamente, con ſforzo*.
Enixiſſuma, tutiſſima. Sup. Enixiùs, magis enixè. Ennagona, novem angulos habentia. Pap. Lege, Enneagona.
Ennam? etiamne? eniam. Feſt.
Enneacrūnos, fons habens novem ſiphones Athenis. Suid. Bud.
Enneachordus, novem cordas habens, *Stromento di nove corde*.
Enneadecaetĕris, tempus novemdecim annorum. Lex. Phil.
Enneadeſmos, novem vinculis ligatus, *Legato con nove legami*.
Enneapharmacum, emplaſtrum ad pus movendum, ex rebus novem conſtans. Celſ.
Enneaphthongus, novem edens voces. Enneaphōnus, p. p. *Di nove voci*.
Enneaphyllos, ellebori ſpecies conſtans novem foliis, *Di nove foglie*.
Enneas, novenarius: Decas, denarius, *Numero di nove, di dieci*.
Enneaterides, celebritates apud Delphos tres. Plaut. Poll.
Enneatĭci, dies novenarii: Hebdomatĭci, ſeptemnarii. Rh.
Ennearchontes, magiſtratus, novem viri Athenis
Enneottotrophētes, ab adoleſcentiâ nutritus, *Allevato da fanciullo*.
Ennipater, Ennius pater. Sup.
Ennianiſtæ, Ennii imitatores. Caſaub.
Ennianiſtæ, Homeriſtæ, ſeu Homeridæ, imitatores. Ennii, & Homeri. Gell.
Ennœa, intelligentia, cogitatio. Tertull. mentis adjectio ad rem aliquam, *Applicatione di mente*.
Ennomio, ōnis, notator hæreditatum. Gloſſ.
Ennœa, cogitatio, intelligentia, conjectura. Lex. Philol.
Ennoematica definitio, Notio propriè dicta. Iſid. Ennos, habitator, profundum. Cath.
Ennŏma, legitima. Lex. Philol.
Ennoſigæus, terram concutiens, Neptuni Epitheton. Lex. Philol.
Enno, as, extra nato, natatione evado, *Nuotar fuori, è ſalvarſi nuotando*.
Enodius, obvius, in via inhabitans.
Enōdo, as, p. p. enodāre, nodis exolvere, *Snodare*. Enodatè, clarè, *Chiaramente*. Enodatio, explicatio; enodatus, explicatus, *Dichiarato*.
Enōdis, enōdus, ſine nodis, & difficultate, planus. Enōde, planum, facile, *Senza nodi, è difficoltà*.
Enœcēſis, inhabitatio, incolatus, *Habitatione*.
Enœcum, penſio annua, quam inquilinus ſolvit; merces domus conductæ, *Paga della pigione della caſa*.
Enœciſmus, ipſa actio in ædibus aliquem collocandi, vel introductio in ædes.

Enœcus, incola. *Pigionante.*
Enœcūrus, custos domus, *Guardiano di casa.*
Enœma, cruda. Onom. m. Enōmus, cui crudicatis aliquid inest, *Chi hà della crudità.*
Enomotarches, qui præest certo militum ordini, qui dicitur, Enomotia.
Enophthalmismus, inoculatio; genus insitionis, spectaculum. Enophthalmus, oculus, qui in cortice depangitur.
Enopius, qui ex adverso est positus, *Chi è dirimpetto.* Enōpe, aspectus, *Vista.*
Enoplia, saltatio ludricra armata, Pyrrhica. Enoplius rhythmus, ad quem armati saltabant.
Enoplium carmen, constans dactylis, spondeo, & rursus duobus dactylis.
Enoplius, qui est in armis, armatus.
Enorches, unicum habens testiculum. Gell. Lege Henorch.
Enorchis, testiculos habens. Plin.
Enorchis, gemma candida, quæ divisa, fragmentis testium effigiem repræsentat.
Enoreus, jurando obstrictus, *Obligato con juramento.*
Enoreum, juramento confirmatum, *Giurato.*
Enorci, dilationes, quæ propter sonticum morbum, aliamve legitimam causam jurejurando postulabantur, & impetrabantur. Bud. L. J. C.
Enormis, magnus, sine mensurâ. Enormiter, *Fuor di regola.* Enormātus, cui nihil addi, aut detrahi potest. Isid. Gloss. Enormatè.
Enormis angulus, contrarius obliquo: vide, Obliquus.
Enos, Hebraicè, homo verus, qui Deum scienter colit, ac, piè veneratur.
Enotesco, Innotesco, notus fio, *Farsi noto.*
Enotocœti, p. p. populi, quibus aures tantum crescunt, ut totum corpus iis contegatur.
Enoticum, edictum de unione Ecclesiarum. Enosis, unio. Lex. g. b.
Enōto, as, memoriæ causâ noto, *Notare.*
Enotum, inauris. Poll. *Pendente.*
Enrhythmus, pulsus medius inter Eurhythmum, idest, optimum, & Arrhythmum, inæqualem, sine numero. Lex. med.
Ens, entis, quod est, essentia, vox scholastica. Unde, entitas.
Ensalmus, incantatio, seu structura verborum metro, vel soluta oratione composita, ad effectus miros edendos. Diana.
Enscenobātes, in proscenium prodiens, *Chi viene in scena.*
Ensis, is, spatha, gladius, *Spada.* Ensiculus, p. c. parvus ensis. Ensifer, p. c. ferens ensem, Ensatus, ense armatus, *Con la spada.*
Ensicium, cædes facta ense. Cath. *Morte di spada.*
Ensipēdon, febris, cujus nulla manifesta sunt signa. Lex. med.
Ensiforme, os, quod finit sternon, & pectus, *Forcella dello stomacho.* Jun.
Enspermus, qui copioso est semine, *Abbondante di seme.*
Enspondus, fœdere junctus, *Confederato.*
Enstacta, instillatitia. Tiraq. *Distillati.*
Enstacton, collyrii genus, ita dictum, quòd oculis instillaretur liquidum. Gal. Gorr.
Enstāsis, auspicatio rei, quæ instituitur.
Enstaticus, acriter obsistens, *Chi resiste gagliardamente.*
Enstatus, institutus hæres: Hypocastus, substitutus.
Enstomia, quæ in ore sunt, *Cose in bocca.*
Entaphiapōlēs, p. p. qui vendit, quæ ad sepulchra pertinent. Entaphia, sepulchralia.
Entāsis, intentio, productio. Vitr.
Entatica, intensoria. Tiraq.
Entaxis, cum levis armaturæ milites in phalangem alterius inseruntur.
Entelechia, perfectio, energia, vis ex se movens: anima mundi, secundùm Platonem. Perfectio rei, & forma. Endelechia.
Entelomisthus, qui perfectam exigit mercedem, *Chi vuole la mercede intiera.*
Entenna, insecta. Gloss.
Entĕra, intestina. Cath. *Interiora.*
Enterione, lignorum medulla, quæ tibiis faciendis eximitur. Item, interna pars cujusque rei.
Enterocēle, p. p. seu enterocēla, ruptura, cum intestinum cæcum dilabitur in scrotum. Epiplocēle, cum omentum. Omenti ramex. Hydrocēle, cum in alterum è testibus humor lentus confluit. Omnes, Herniæ, dictæ. Lex. med.
Enterocelicus, qui enterocela laborat. Plin. *Che patisce rottura.*
Enterepiplocēle, rumor scroti, intestino, & omento in ipsum simul devolutis. Gorr.
Entĕron, intestinum; unde, exenterare, intestina educere; Enterocēla, &c.
Enteromphāli, quibus per umbilicum intestina egeruntur. Onom. m.
Entesiarnus, armorum præfectus, *Presidente delle armi.*
Entetagmenti, egregarii in ordinem reducti, *Soldati messi in ordinanza.*
Enthalamia, placentæ à papavere, & sesamo dictæ.
Enthēca, dotes prædiorum, ut ferramenta, & instrumenta agri causâ reposita. Item, pecunia seposita à mensariis, onus impositum navi, scrinium. Lex. Philol. Enthecatum.
Enthēca, Apothēca, horreum, gaza, repositorium. Cassian. Enthēca, penus, quasi, dos præsidii. Tura. *Guardaroba.* Enthecarius, negotiator, & custos. Cath.
Entheas, maniæ species. Pap. Insania.
Enthecatum, in repositorio conditum.
Enthealticus, qui fanatico furore agitur, *Chi smania.*
Enthesypathia, muliebris passio in eo, qui patitur muliebria.

Enthe-

Enthemăta, furculi, qui inseruntur, *Inesti*. Item, Enhtemata, enomata, emplastra ex albumine vulneribus recenter factis, ad sanguinem sistendum, & inflammationes, *Chiarate*. Rh.
Enthemion, interior pars puppis. Pol.
Enthĕsis, interpositio.
Enthesmus, qui est intra legem.
Enthĕron, medicamentum præstantissimum.
Enthĕus, numine divino afflatus, in quo Deus inest. Entheātus, entheaticus, enthusiastes, Deo plenus, *Inspirato da Dio*. Entheo, as.
Enthērus, feras habens, *Che hà fiere*.
Enthrymmatides, placentæ genus. Dalech.
Enthronistica, cathedralia, cum quis in sedem ponitur, de Episcopis dicitur, & aliis dignitatibus. Const.
Enthusiasmus, fanatica percussio, seu afflatio numinis, *Inspiratione*. Enthusiasticus, enthusiastes; enthusiasticum, divinum.
Enthusicum, antriscum, cærephyllum, herbæ genus. Jun.
Enthymēma, p. p. animi conceptus, commentum, argumentationis species imperfectæ.
Enthymēsis, p. p. cogitatio, commentario. Tertul.
Entolina, præscripta, quæ legati à Principibus suis accipiunt, in quibus legationis capita continentur. Lex. Phil. *Instruttione*. Budeng.
Entŏma, p. c. insecta animalia, ut muscæ, apes, &c. entomata. *Insetti*.
Entŏmum, unum ellebori genus nigrum per inferna purgans.
Entoridea, interea. Sup. Encoridia, in medio. Lex. Philol.
Entormia, pars choenicidis, in qua sunt tormi, idest, cardines. Baldus. Heron. Antitormon, dicta.
Entrichōma, p. p. pars sub oculis, extima palpebra, ubi enascuntur pili longiusculi.
Entrichon, coma appositicia, *Capelliera finta*. Entrichus, qui comâ appositiciâ ob capilli defectum utitur, *Chi porta capelliera finta*. Poll.
Entritus, Intertius, arbiter. Glos. L. *Arbitrio*.
Entrŏpha, innutrita. Item, muliebre ornamentum. Pol.
Entryphēma, oblectamentum, deliciæ, *Gusto, diletto*.
Entypōsis, humeri acetabulum, ubi humerus brachio coalescit. Onom. m.
Entropides, calceamentorum genus. Eutropa. Poll.
Enubĕre, extra gentem, aut ordinem nubere, *Maritarsi fuor di suo grado*, cum plebeja nobilis, aut contra; ab Enūbo, is: unde enuptio, diminuptio, enuptiæ. Liv.
Enubilus, clarus, *Senza nube, chiaro*.
Enubio, inibeuti. Fest.
Enucleo, as, nucleum à putamine extraho, explano, *Snocchiolare*. Enucleātè, apertè. Enucleatum, apertum.
Enūdo, nudo, *Nudare*.
Enula, gengivæ intimæ: Ula, extimæ. Rh. Item, campana officinarum. Jun. helenium, herba, *Inola*.
Enulesta, legumina. Sup.
Enŭlum, Ænulum, Ænea, caldarium. Scal. Glos. *Caldara*.
Enŭlus, hinnulus. Sup. *Polledro*.
Enumero, recenseo, numerare: enumeratio, *Annoveramento*.
Enuncio, vide, Enuntio.
Enundinare, mercari. Tertull. *Far mercato*.
Enunquam, ecquando. Fest.
Enuntiatio, oratio, clausula. Lex. i. c. Enuntiativè. Enunciatum, propositio, oratio perfecta.
Enuntio, Enuncio, eloquor. Enuntiativum, declarativum. Enuntiatrix, quæ enuntiat. Enuntiator.
Enutrio, is, alo, sustento, *Nodrir*.
Enuunt, innuunt.
Enyalĭeus, Martis filius, Quirinus.
Enydrus, coluber in aqua vivens. Onom. med. *Serpente d'acqua*.
Enypniastes, qui videre insomnia solet, *Chi è solito sognarsi*.
Enyo, Bellona, Dea belli. Enyalius, Deus bellicus, Martius. Glos. Quirinus. Lex. Phil.

E O

Eo, pro ei: eodem, pro eidem. Salmas. eodem loci: eousque, eo tantum.
Eo, is, gradior, *Andare*. Unde composita.
Eolocrasia gravedo, hesternæ crapulæ.
Eolonĕcros, qui dudum mortuus est. Suid. *Poco fà morto*.
Eoloprasia, hesternæ repletionis gravedo. Onom. M. *Gravezza di testa per crapula di hieri*.
Eolus, hesternus, pridianus scilicet cibus, qui in sequentem diem relictus saporem amittit. Item, varius, æolus. Vide.
Eon, totus oculorum ambitus. Poll. *Giro dell' occhio*.
Eoræ, vestes, quæ per aerem ferebantur. Scal. Leg. Aōræ.
Eortastica, quæ ad festi celebritatem spectant, *Cose attenenti alle feste*.
Eortologium, fasti, liber, in quo Deorum festa notata sunt, *Fasti, Calendario*.
Eorunc, eorum. Palm.
Eos, aurora, diluculum, dies oriens, primus Sol oriens. Voc. Ecc. Eous, a, um, orientalis.
Eosphŏrus, Lucifer, *Stella diana*.
Eous, orientalis, oriens, *Oriente*.
Eousque, in tantum, *Fin a tanto*.

E P

Epacmastĭcus, sensim invalescens. Jun. *chi à poco à poco piglia forza*.
Epacta, intercalatio, additio XII. dierum quotannis Lunæ ad cursum solarem, ex qua ætas Lunæ deprehenditur. Epactus, auctus, adventitius, intercalaris; hinc, dies, epacti, XII. Lunæ intercalares, ab Epago. Vide.
Epactra, epactron, piscatoria remigia. Epactres, piscatores. Rh. Bayf.

Epacrius, Jupiter dictus, quòd ei in ſummis montibus, & promontoriis aræ ſolitæ ſtatui.
Epæcla, epeclia, quæ poſt Æclon, ideſt, cœnam, dabantur bellaria, *Poſpaſti*.
Epænetus, laudabilis. Bibl.
Epænum, teſtimonium celebre de aliquo, encomium, laus in conviviis.
Epætes, medicus. Stuch.
Epago, induco, intercalo; undè, Epacta. Vide.
Epagogæi, magiſtratus Athenienſis. Sidon.
Epagōge, p. p. inductio, ordinum ſeries, continuatio. Item, argumentatio ex conceſſis texens laqueos.
Epagogia, genitalium præputia malè affecta. Gorr.
Epāgon, trochlea, *A poſticcio*. Vitr. Epago, ōnis, ergates, artemon navis; Argana, ſive trochlea, quâ funes ductarii, & cætera navis ornamenta, & onera explicantur. Vitr.
Epagon, inducens. Item, in radice machinæ ſive erecti tigni trochlea tertia, Artemo dicta Lex. Philol.
Epaicla, epacelia, bellaria, quæ à cœna apponuntur. Lex. Philol.
Epalimma, vulgare, ac palæſtræ unguentum. Onom. med. *Vngueto*.
Epallaxis, permutatio, ab altero in alterum tranſitus, ita ut oculum fallat. Item, micatio digitorum, *Giuochi di dita*.
Epallelìa, ſeries continua ſine intermiſſione, *Continuatione*. Contra, Hypallelìa.
Epallocarpa, quæ aliarum plantarum ſulta ſuſtentaculo, quaſi fructificant.
Epalxis, pinna, propugnaculum turris.
Epanachorēſis, reditus in patriam, *Ritornata alla patria*.
Epanadiplōſis, p. p. Epanalepſis, figura, cum idem verbum in eâdem ſententiâ primum eſt, & poſtremum. Epanadiplōma, reduplicatio, replicatio, *Replica*. Item, in febribus.
Epanalepſis, figura, eorumdem verborum ſimul poſitorum poſt multa interjecta facta repetitio, *Verſo intercalare*.
Epanaphŏra, p. c. figura, cum ab eodem verbo plures inchoatæ ſententiæ incipiunt.
Epanaſtrŏpe, figura, cum membri unius finis, principium ſit alterius.
Epanatrygìa, racematio facta poſt vindemiam *Raſpollamento*.
Epanconiſmus, flexuoſa corporis diſtortio. Dalec. incubitio, cogitabundi geſtus.
Epangelia, denunciatio, & accuſatio ejus, qui præter leges concionatur, aut Remp. capeſſit.
Epanŏdus, p. c. reditus. Item, figura, repetitio brevis per capita, peroratio, regreſſus.
Epanorthoſis, correctio, figura. Reſtitutio in integrum. Epanorthōma, quod emendatum, & correctum eſt, *Correttione*.
Ephantĕſis, infuſio aquæ, vel alterius liquoris, in eum, qui lavatur.
Ephantiſmus, exornatio, quæ fit adhibendo floridos colores, *Riſtorimento*.
Epanthracìdes, piſciculi, qui ſuper carbonibus, ſeu prunis aſſantur. Item, panes ſubcinericii Athen. Epanthrăcis, idis.
Epapharĕſis, repetita ſanguinis miſſio. Onom. med. *Ricavamento di ſangue*. Gorr.
Epapharĕſis, mollius comæ ornamentum variis locis capillo ſucciſo. Rh.
Epaphras, ſpumans. Bibl.
Epaphroditus, venuſtus, jucundus. Bibl.
Epaphrodisìa, venuſtas, lepor. Epaphroditus, venuſtus, *Leggiadro*.
Epar, vide, Hepar.
Epargĕmus, oculorum vitio laborans: Argĕmus enim albugo dicitur. Lex. med.
Eparchìa, præfectura, Provincia. Eparchica, libri continentes edicta, & generales formas. L. J. C.
Eparchus, præſes, præfectus. Eparchiōtes, Provincialis, *Provinciale*.
Eparchus, dignitas media inter magnum Papiam, & magnum Drungarium. Præfectus urbis. Bud.
Eparmăta, tumores ſecundùm aures præter naturam in ægrotantibus exorti. Gal. Parotides, dictæ. Vide.
Epaſmăta, cantilenæ, quales pueris nutrices canunt.
Epaſtus, paſtus, *Paſciuto*.
Epathlon, præmium certaminis, & athletarum, *Premio de lottatori*. Item, judicii.
Epatici, Hepatici, qui hepate laborant, *Chipatiſce di fegato*. Unde, Epatoſcopia, epatoſcŏpus; lege Hepar.
Epatoſcŏpus, Hepatoſcŏpus, haruſpex, inſpector epatis. Vide, Hepar. Epatoſcopìa, haruſpicina. Suid.
Epaulia, dona, quæ poſtriduano nuptiarum die ſponſæ pater ſponſo proferebat. Item, dies nuptias ſubſequens, Repotia, dies ſecundus poſt nuptias. Rh.
Epaxieraſtus, dignus, qui ametur, *Degno d'eſſere amato*.
Epecdiegĕſis, geminata narratio, *Replicata narratione*.
Epeclia, apotragemăta, tragemata, quæ poſt cœnam dari ſolent. Rh. *Confetture, poſpaſti*.
Epechoregemăta, epechiomăta, epidorpiſmăta, epidipna, epiphoremăta, bellaria ſecundæ menſæ, *Poſpaſti, coſe mangiative per doppo menſa*.
Epectăſis, porrectio, figura, cum ſyllaba interponitur, dicta, epenthеſis, ut, Induperator.
Epeleuſis, adventus repentinus, ingreſſus cum impetu, *Entrata repentina*.
Epeleuſtice, motio adventitia ſuperveniens. Rh.
Epemböle, figura oratoria non abſimilis parentheſi. Intercalatio.
Epenſare, expenſum ferre in rationibus faciendis. Bud.
Epeudyma, ſuperior tunica, ſuperindumentum.

Epen-

Ependytes, p. c. vestis Monachorum, ut scapulare. Mar. Vict.
Epenemēsis, indictio. Vide.
Epenthĕsis, appositio litteræ, vel syllabæ ad mediam dictionem; induperator, relligio.
Epenthymēma, enthymema enthymemati additum. Epenthymēsis, argumentatio potiùs quàm figura.
Epeōlus, papilio lucernarum luminibus advolans. *Farfalla intorno a' lumi.*
Epergasìa, repetitio probationis, communio culturæ inter duos populos.
Eperlānus, piscis fluviatilis. Rondel.
Eperrhinion, inauris. Tiraq.
Epesbŏlus, verba probrosa in aliquam jaciens. *Chi dice villania.*
Epetocarpus, singulis annis fructum ferens. *Che fruttifica ogn' anno.*
Epetophŏrus, annuatim ferens. *Che porta ogn' anno.*
Epeuanacti, in mortuorum locum suffecti. Dalec.
Epeus, fumificus, coquus. Plaut.
Epexagōge, profectio exercitus composito agmine. *Marchiata dell' armata.*
Epexegēsis, enarratio narrationi adjuncta; narratio, exepegēsis, fig. enarratio potius. *Narrazione*, cùm obscurum pluribus explicamus.
Epexergasìa, operis consummatio. Item, fig. expolitio.
Epexŏdus, exitus adversus aliquem. *Vscita contra uno.*
Epha, ephi, mensura, quæ in cibum sufficeret uni homini ad decem dies. Rh.
Epha, mensura continens tria sata, idest, orca 432. Item, mensura, quæ pro lautiori heri familia semel coquebatur in panificio. Lex. Phil.
Ephalmatōres, saltus corpore facientes. Scal. ad Manil. *Saltatori.*
Ephaptis, vestis muliebris, vel velamen purpureum, quod manibus circumvolvebant milites, aut venatores. Poll.
Epharmiōtæ, Cretenses servi, quibus interdicta gymnasia, & armorum usus. Rh.
Epharmŏsis, adaptatio, species comparationis cum redditur. Lex. Phil.
Ephebēum, ephebium, ephœbeum, locus ubi pueri exercentur. Ludus litterarius pueforum. Item, locus eorum in theatro, ubi sedebant, dictus etiam, ephebicum. Item, ubi scortantur. Buleuticum verò, ubi senatores. Item, pubes, pecten, aqualiculus. L. m. Item, ubi pueri stuprantur. Isid. Gloss. Item, ventrale velum. Lex. Phil.
Ephebīa, p. p. pubertas. *Gioventù.*
Ephebicus, locus adolescentibus in theatro destinatus Athenis. Scal.
Ephēbus, p. p. puer pubescens. XVI. annum agens. *Giovinetto di prima barba.* Mellephēbus, XV. Exephēbus, XVII. Pædæ, XIV. Ephebiŏlus, parvus ephebus. Ephēbus honorarius. *Paggio.*

Ephectica, recrementum impedientia. Tiraq.
Ephectici, philosophi, qui de rebus dubitant, sceptici dicti, cunctatores, hæsitatores, nil deliberantes. Suid. Bud.
Ephectum, septenarius numerus, qui continet senarium, & unitatem. Vitr.
Ephĕdra, instrumentum chirurgicum, reponendis membris luxatis idoneum. Item, herbæ genus, arboribus insidens. Lex. Phil.
Ephedristēres, qui in ludo ephedrismo, devinctis manibus à tergo junctis, insistentes portantur.
Ephĕdrus, athleta fortis, certaturus cum fatigatis; & qui medius sedet inter duos, ne inter se certent; ita dictus Crassus inter Cæsarem & Pompejum. Rh.
Ephegēsis, p. p. causæ, vel judicii genus, cum accusabatur exul, aut homicida regione interdictus, aut adversus eum, qui publicum aliquid clanculùm possidere existimabatur. Suid.
Ephelcis, idis, crustula ulceri obducta; ramentum, seu guttula cruoris tussi interdum rejecta. L. m. Gorr.
Ephēlis, p. p. macula faciei, tuberculum, lenticula, seu aspredo, & nigredo cutis ex ardore solis genita. Ephēlus, hoc laborans morbo. L. m.
Ephelmarius, tabulis utens in saltando, ut Petaurista. *Saltatore.* Ephelmator.
Ephemĕra, p. c. ephemĕros, febris unius diei; diaria, dicta. *Febre d'un giorno.* Ephemĕra animalia, viventia unum diem. *Animali che vivono un giorno.*
Ephemereuta, qui signum dabat ad discumbendum in conviviis Essenorum. Pilo.
Ephemeria, statio hebdomadaria sacerdotum in templo per vices. Lex. Phil.
Ephemĕris, p. c. idis, diarium scriptum, quod acta cujusque diei sigillatim complectitur.
Ephemĕris, libitinaria, rationes Libitinæ, in quas relati peste consumpti. Hugo.
Ephemĕrum, p. c. diurnum, uno die durans. *Che dura un giorno.* Item, herba uno die necans, aut cujus flos uno die durat. Lex.
Ephesia, sacra Dianæ Ephesiæ, & celebre certamen, seu festum Ephesi factum, Ephesius, desiderabilis. Bibl.
Ephestii, Penates, Lares, quòd aris, & focis præsiderent.
Ephestius, in Vestâ, & Lare sedens, & qui in alienâ est domo, seu qui larem habet.
Ephestris, vestis, quæ super arma, aut thoracem indui solet; Paludamentum, Romanis. Bayf. *Cappa, sopraveste, manto.*
Ephetæ, magistratus Athenis judicans de capitalibus. Ephĕta, Hebraicè, adaperire. Voc. Ecc.
Ephetinda, ludus, cum pila aliò protenditur, aliorsum autem jacitur. Lex. Phil.
Ephi, mensura trium modiorum. Voc. Eccl. *Tre moggi.*
Ephialtes, epialtes, incubus, quasi insultoria no-

cturna in somnis oppressio; suffocatio, quâ quis se malè opprimi, cum difficultate respirandi, imaginatur. L. m. Ephialtion, præonia.
Ephialtia, Ephialtion, præonia, quod adversus ephialtem fit remedio. Lex. Phil.
Ephichærecācus, alienis malis gaudens. Dalec.
Ephidrōsis, sudoris proventus paucus & inutilis. Gorr.
Ephipparchia, principatus equitum. Ephipparchus, magister equitum. *Capitano di cavalleria*.
Ephippium, equorum stragulum. *Sella*. Ephippiarii equi, qui ephippium portant. Ephippiati, strati. *Sellati*.
Ephippion, currentium equorum certamen. Item, stratum, sella equi. *Sella*.
Ephippius, equestris. Ephippius, qui equo vehitur, miles eques, statua equestris.
Ephod, superhumerale, Hebræorum sacra vestis humeros obnubens, usque ad cingulum pertingens, amictus instar, utrinque apertum. Alcuin. Epōmis dicta, superindumentum. Item, omnia ornamenta sacrarii, Ephodes. Lex. Phil.
Ephŏdi, vigiliarum circuitores. *Ronde*. Item, generales genituræ ingressiones, & initia. Firmic.
Ephodia, p. pl. vigiliarum circuitio, lustratio, quæ obeundo fit. *Rondamento*.
Ephodium, commeatus ad iter peragendum. *Vettovaglia per viaggio*.
Ephŏdus, via, insinuatio, accessus, apparatus.
Epholcium, epholcis, dis, scapha, navis parva, quæ à magna trahitur. *Schifetto*. Item, quicquid ex alio pendet, epholcium.
Ephoraticus, peritus rebus inspiciendis. *Praticoperrivedere*.
Ephŏri, inspectores, censores apud Lacedæm. quales Romæ Tribb. pl.
Ephorium, locus, ubi Ephori judicia exercebant. Ephoria, inspectio. *Rivista*.
Ephorius, qui in finibus est, finitimus. *Confinante*.
Ephormēsis, invasio cum impetu. *Assalto*.
Ephormus, nauticus assultus. Item, locus stationi navis accommodus.
Ephŏrus, inspector, præses. Vide, Ephŏri.
Ephpheta, aperire. Euang.
Ephthopōles, p. p. qui cocta, & elixa vendit. *Vende strippe*. Ephthopolium, ubi cibi cocti venduntur. *Tripparia*. Rh.
Ephydrōsi, sudoris proventus circa thoracem, & caput. Item, sudoris copia. L. m.
Ephymnium, quod hymno succinitur. *Versetto*. Epodium, post Odem, secundus versus odæ. Vide, Epōdus.
Ephypnidium, quod ad somnum afferendum fit. *Per far dormire*.
Ephydor, p. c. qui Athenis apparitor clepsydras moderabatur.
Ephydron, herba, esquisetum, hipputis.
Ephyræum æs, Corinthium. Palm
Epiălon, algor febrem præcedens. Epialus, hepialus, thigopyretos, genus febris quotidianæ, quo ægri rigent, & febricitant leviùs calefacti, dicta, Phlegmatica: si vehementiùs, Pyretus. L. m.
Epialtes, vide Ephialtes.
Epibădes, p. p. naves, quasi, epibatides, ad vectores trajiciendos. Ulpian. *Epibarege, navi da porto, passaggieri*.
Epibătes, navis ascensores, milites classiarii in navibus merentes. Vectores etiam. Item, laici. Isid. Gloss. *Epibarege, passaggieri*.
Epibasìa, occupatio rei alienæ. *Occupatione della robba d'altri*.
Epibateria, machinæ ad muros scandendos, ut scalæ. Epibătes, scansor, qui scandit.
Epibaterium, itinerarium navale, & classicum.
Epibaterium, carmen, vel oratio dicta post peregrinationem alicujus postliminio in patriam Scal. Lex. Phil.
Epibătes, inscensor, qui equo vehitur. Item, qui navi conducta utitur. Item, classiarius miles. Epibatæ, laici, vel supervenientes. Gloss. Isid. Lex. Phil.
Epibaticus, a, um, ad epibatā pertinens. Lex. Phil.
Epibathra, scalæ nauticæ. *Scale marinaresche*. Item, pons, qui machinis adhibetur ad muros urbium scandendos.
Epibathrum, naulum, merces pro conscensâ navi. *Nolo per la barca*.
Epibda, dies quarta, & ultima festi Aparuriorum apud Athen. Epibdæ, dies, qui festum insequuntur. Rh.
Epibemăta, species saltationis.
Epiblēma, auctarium, frustum vestimenti, quod assuitur fracturæ. Item, vestimentum exterius. Tiraq.
Epibœon, sacrificium post, seu præter bovis immolationem, factum Minervæ; adjiciebatur enim Pandroso. Harpocr.
Epibŏle, applicatio intellectus, superindictio. Defensio, propugnaculum. Incubus morbus. Onom. med. Item, figura.
Epibŏlos, fibula, quæ axi indita ipsum impedit ne rotis excidat.
Epibomius, super aram positus. Epibomia sacra, super aram imposita.
Epibūla, consilium adversus quempiam initum. Epibūlus, insidiator, dolosus. *Ingannatore*.
Epicaja, epicea. Vide Epiicia.
Epicalymnia, tegmen, operculum cancrorum. Rugosum operculum. *Scaglia ruvida*.
Epicalypsis, velatio, occultatio. *Coprimento*.
Epicamisŏn, tunica. L. g. b.
Epicanthides, oculorum anguli: Encanthides, Gorr.
Epicarpìa, fructum perceptio, usus rei fructuosus. Epicarpius, frugifer. *Fruttuoso*.
Epicataphŏra, superna cœli porta: pars cœli in signifero, seu zodiaco, in octavo ab horoscopo signo. Anaphŏra, triginta partibus ab horoscopo distat.

Epi-

Epicataphŏri, in Venerem proclives. Rh. *Libidinosi*.
Epicauma, aduſtivum, auſume, cuticula aduſta in ſuperficie, ulcus contrahens. L. m.
Epicauſis, epicauma, aduſtio, oculi ulcus cruſtoſum, impurum, humore fœdo affluens.
Epicauſtorium, inſtrumentum, quod fit ſuper ignem causâ emittendi fumum. *Camino*. Item, locus ad ignem, ubi ungebantur. Cath.
Epicedium, nænia, monodia, carmen funebre cantatum cadavere nondum ſepulto. Epiceja. Vide Epiicia.
Epiceleuſis, hortatio maritima. Scal.
Epicephalæum, Epicephalium, capitatio, tributum in ſingula capita imperatum, uti Columnarium, in ſingulas columnas, &c.
Epiceraſtica, medicamenta acrimoniam mordacium humorum retundentia. L. m.
Epicerycia, miſſio legatorum de pace, aut fœdere.
Epicēros, mortalibus morbis obnoxius. *Sottoposto à malattie mortali*.
Epichæragathus, qui honeſtis delectatus ſtudiis. *Chi attende à buoni ſtudii*.
Epichardia, naviculæ genus.
Epichærecăeus, qui malis artibus delectatur. Epichærecacia, hæc ars. *Chi attende à mal' arti*.
Epichartus, de cujus calamitate homines lætantur.
Epicheja, vide, Epiicia.
Epichimaſis, Prochimaſis, præſideratio, cum maturiùs hyemis rigor præcedit. Lex. Phil. Vide, Præſidero.
Epichir, qui eſt ad manus, & præſto eſt. *Pronto*.
Epichira, manu pretia, præmia militaria, authoramenta. *Donativi*.
Epichirēma, epicherēma, ratiocinatio, argumentum quo aliquid probaturi ſumus. Epicherematicus, probativus argumentatione.
Epichirēma, quod quis manu aggreditur. Epichiræo, ad manus ſumo, admoveo manus. Item, ratiocinatio contraria enthymemati, cum altera propoſitio deeſt: epichirema verò habet utramque propoſitionem cum probationibus. Scal. Lex. Phil.
Epichirotonia, plebiſcitum, quòd fieret manuum intentione; deliberatio per ſuffragia.
Epichriſta, circumlitiones. Gal. Tiraq. In pictura ſunt ultimæ manus lambenti penicillo datæ. *Ripolimenti*.
Epichthonius, qui ſuper terra eſt, ſeu vivit. *Chi è al mondo e ſopra la terra*.
Epichyſis, infuſio, vaſculum vinarium, è quo in cyathos infundimus; infundibulum. Athen. *Imbuto*.
Epichytum, genus pegmatis, hoc eſt bellariorum, ſeu placentæ. *Coſe dolci per poſpaſti*.
Epicichlides, genus carminis, quod cùm turdis donabat, qui id pueris præcineret. Rh.
Epicindynum, p. p. cum periculo conjunctum, nauticum creditum, quod eſt periculo creditoris. Apocindynon, p. p. creditum terreſtre periculo debitoris. L. i. c. *Aſſicuragione*.
Epicitharisma, pars fabulæ poſtrema, cum cithara canitur. Tertull. Githbriſma, ſonus.
Epiclēma, criminis objectio. *Rinfacciamento*.
Epiclērus, ad quem univerſa hæreditas pertinet, qui nullos habet cohæredes. Epiprœcos, cui pars contingit.
Epicleti, ad convivia extraordinariè vocati, non vocati accumbentes, nuncupati umbræ. *Soprannumerarii, non invitati*.
Epliclintrum, ſella, vel lectus, in quo acclinare nos poſſumus. *Luogo da coricarſi*.
Epiclyſis, illuvio, inundatio. *Allagamento*.
Epicnōmus, recognitor. Epicnoſis, recognitio. *Chi riconoſce*.
Epicœnus, communis, promiſcuus. Epicœna nomina, utrumque ſexum complectentia.
Epicombia, donativum, die coronationis, aut nuptiarum Imperatoris diſtributum in populum, illigatum panni ſegmentis, loco crumenarum. Cantacuz. Novar. Combi, ſegmenta.
Epicombia, ſegmenta ex panno, & in uno quoque ſegmento numiſmata aurea tria, argentea toridem, & tria ex obolis colligantia, in multitudinem ab Imperat. ſparſa, dicta miſſilia. Bulen.
Epicōmi, injurioſi commeſſatores. Epicōmos, p. p. ad commeſſationem ventitans.
Epicomia, laudationes, quæ in commeſſationibus poſt victoriam concinebantur. Rh.
Epicopănum, menſa coquorum, ſupra quam ſecari carnes ſolent. Poll. *Tavola da cuochi da tagliarci la carne*.
Epicŏpi, remis appoſiti, & gubernaculis. Epicōpi, p. p. remigationi accincti. Epibătæ verò in navibus depugnantes.
Epicŏpus, præciſus. Item, lignum, quod ſupponitur ei rei, quæ ſecatur. Item, qui eſt in procinctu navigationis. Epicōpos, p. c. character malè impreſſus, qui denuò imprimitur.
Epicopēter, vinculum, quo remus ſcalmo alligatur.
Epicormion, menſa coquinaria. Euſth. Lex. g. b. *Menſa de cuochi*.
Epicranium, muliebre capitis tegmen.
Epicrănon, columnæ pars ſuperior, capitellum. Epicranis, epicranium, quod ſuper caput eſt.
Epicrăſis, cum ſenſim, quod malum eſt, educitur, reponiturque itidem, quod bonum. Rh. Ratio curandæ cacochymiæ.
Epicrătes, omnia tenens. Ita Pompejus dictus. Epicratetica, retentricem vim habentia.
Epicratētor, aſtrum, cujus in themate maxima eſt vis.
Epicrīſis, judicium, approbatio judicum. Fig.
Epicrenon, vita, ſtrophium. Tiraq.
Epicrŏca, perlucida. Pap.
Epicrŏcum, p. c. veſtis croceo colore infecta, tenuis

nuis, & pellucida. Fest. lucidum.
Epicrŏton, pavita, complanata terra. Rh. *Terra spianata*.
Epicrŏtos, terra pavita, & complanata, ubi incumbit testudo. Rh. *Piano della volta*.
Epicrūsis, percussionis genus, quo puerorum mangones pueros cædebant, ut pingueſcerent. Lex. m. Onom med.
Epictētus, insuper acquisitus. Epictēsis, acquisitio. *Acquisto*.
Epictorium, ollæ operculum. *Coperta*.
Epicurei, adjutores, auxiliatores. Bibl.
Epicūrus, auxiliator, opitulator. Epicuria, auxilium.
Epicurēus, voluptarius. Item, sectæ princeps.
Epĭcus, versus hexameter, heroicus, pythicus, bucŏlus, longus, ab Ennio dictus. Epici poetæ, epicum carmen scribentes. *Heroici*.
Epicyēma, secundus fœtus conceptus gravidâ jam muliere, superimprægnatio. L. m.
Epicyclus, p. c. circulus circa quem planetæ rotantur, parvus circulus, super majorem positus. *Epiciclo*.
Epidēmetici, hospitiorum metatores in urbe: *Forieri*. Epidēmus, versans in populo. Epidemius.
Epidemetica, pretia persoluta à provincialibus, ut se liberent à metatoribus militum, & hospitum. Rh. Lex. J. C.
Epidemeticus, domi suæ libenter manens, nunquam sedem suam quĭ mutavit. *Chi stà volentieri à casa sua*.
Epidemia, adventus ad civitatem. Item, morbus populariter vagans, & sparsus.
Epidemiæ, viæ tritæ ac pervulgatæ ad urbem. Lex. J. C.
Epidemius morbus, externus, adventitius, communis. Epidemicus, epidemiālis, à communi causâ natus, communis in aliquâ regione, non tamen contagiosus, qui dicitur Pestis. Alii verò morbi, quibus quotidie variè infestamur, dicuntur, Spora dici, ideſt, sparsim vagantes, versantes in populo. *Mali che vanno in volta*.
Epidĕris, caruncula in muliebri pudendo, nympha. Gorr.
Epidermida, pellis ulceri sanato quæ inducitur. Rh. *Pelle sopra la piaga sanata*.
Epidermis, idis, exterior cuticula in corpore nostro, aut alterius animalis; à vera cute efflorescens, tenuissima, sensu destituta. Gorr.
Epidesmus, fascia summâ, quâ vulnus ligatur, subligamen. *Fascia da legare*. Epidesmata, ligaturæ. Hypodesmus, infimâ. Vide.
Epidēsis, genus ligationis ad sanguinis profluvium sistendum. Obstructio. L. m.
Epidexius, qui est ad dexteram, *à man destra*.
Epidiathēca, posterius testamentum. *Testamento ultimo*.
Epidicasia, actio legis ab eo, qui hæreditatem petit.
Epidacasimus, qui auxiliatur in judiciis. *Chi ajuta in judicio*.
Epidicazomĕnos, fabulæ nomen, Phormio. Pap. ob puellam judicatam.
Epidicos, puella incerta, cui nubat. *Fanciulla incerta con chi si deve maritare*.
Epidicum, quod etiamnum sub judice versatur. *Non giudicato*.
Epidicticum genus, demonstrativum, laudativum, exornativum.
Epidĭcus, à controversiis quis dictus Plauto.
Epidĭcus, qui legibus est obnoxius, qui status controversiam patitur.
Epididymis, supergeminalis & intima; prima tunica superinducta testiculis, qui didymi dicti. L. m.
Epidiegēsis, repetita narratio. Fig.
Epidigma, specimen, quod datur ab aliquo artifice ad artis ostentationem. Indicium. *Saggio, mostra*.
Epidiorthōsis, subsequens correctio, figura. Epidiorthotica, quæ ad corrigendum afferuntur, correctio. *Correttivi*.
Epidipnĭdes, epitrapezomăta, epiphŏra, epulæ, quæ in extrema cœnâ, vel prandio adferuntur; Epīdipnum, postcœnium. *I pospasti*. Epidipnis secundaria mensa.
Epidiphrius, qui semper lecticæ insidet, effœminatus.
Epidōma, corollarium datum supra justam mensuram. Epidōsis, morborum incrementum. Auxēsis. *Aumento*. Epidosima.
Epidorpisma, quod in secundis mensis apponitur. Epidorpismus, sumptio secundæ mensæ. Epidorpis, idis, cœna secunda. postcœnium.
Epidromĭdes, plagarum funiculi discurrentes, quibus retia panduntur, & contrahuntur.
Epidrŏmus, epidrŏmum, velum in navi, quod retrorsum retrahitur. *Mezzana*. Item, funis, quo lectus servorum subtendebatur, qui opponebatur strato liberorum. Item, excursionibus expositus. *Sottoposto alle scorrerie*. Item funiculus imam, & summam retis partem complectens.
Epiecia, vide Epikia.
Epigæus, qui super terram est: Apogæus, è terra remotus: epigius. *Lontano da terra*.
Epigamia, connubium, affinitas cum aliis gentibus. Epigămus, nuptui proximus, nubilis.
Epigastrium, extima totius ventris pars, à pectore usque ad pubem, abdomen. *Pancia*.
Epigennēma, supergenitum, symptoma; quicquid præter naturam evenit in homine. L. m.
Epigĕnes, indigena, natus post. *Nato dopo*.
Epigēum, ablis imâ planetarum in eccentricis, terris citima. In Apogēo verò, seu Auge, in summa abside, à terris remotissima.
Epigius, humi repens, & super terram; Epigēus. In epigēo est planeta, cum est in deferente aut in epicyclo, terræ proximior. Apogius

Apogæus verò, cum remotissimus, & in summâ abside. Perigēus, circa terram, nec in altum elevatus.

Epigiocaulis, cujus caulis per terram serpit. *Col gambo per terra.*

Epiglossis, super lingua membrana cartilaginosa, ubi arteria, & larynx inter se connectuntur. Lex. m. Epiglottis, lingula, ligula. Lex. Phil.

Epiglūtis, femoris, & nati pars exterior. Gorr.

Epignōmon, inspector, qui ad cognoscendum accitur. *Rivedituro.* Epignōsis, agnitio. *Ricognitione.*

Epignōmus, prudens. Plaut. *Prudente.*

Epigonātis, patella, mola, os supergenuale cartilaginosum, rotundum, gibbum tibiæ. Item, genu. L. m.

Formatæ, ſeu formales litteræ, vel pacificæ, vel commendatitiæ, vel dimiſſoriæ, ita dictæ, quòd certa in illis forma ſervatur. Cod. ll. antiq. *Patentes*.
Formator, qui formar, & inſtruit, *Chi inſtruiſce*, è *informa*. Formatus, informatus.
Formatum, formacium, parietes è terra dicti. Gloſſæ. A. L.
Formatura, conformatio, *Informatione, fatione*.
Formella, parva forma. Cath. *Forma di formaggio*.
Formella, parvus caſeus; *Caſciotto*. Item, formula, & inſtrumentum calceolariorum, forma. Lex. Philol.
Formentum, ſanguis calidus. Pap.
Formiæ, quaſi hormiæ, navium tutæ ſtationes: unde, oppidum dictum à crebris excubiis, & ſtationibus. Feſt.
Formīca, animal à ferendis micis dictum, *Formica*. Item, puſtula parva in ſummitate cutis. Formicula, dimin. *Formichetta*.
Formicans, quod formicarum currentium modo ſentitur. Formicans pulſus, vermiculans dictus, cum ſpecies exhibetur quaſi formicarum, aut vermium perreptantium: exiguus, debilis, lethalis. Lex. med.
Formicāles, forcipes fabrorum. Cath. Formicapes.
Formicatio, myrmiciaſis, affectio corporis, quando parva tubercula rotunda, & pinguia, veluti repentes, aut diſcurrentes in eo formicæ ſentiuntur, tamquam à verbo Formicor, aris; unde, pulſus formicans. Lex. Philol. *Mal della formica*.
Formicinus, p. p. Formicoleon, myrmicoleon. Vide. Formiceus, ad formicam pertinens. Formicinus gradus, teſtudineus, lentus. Plaut.
Formicoleon, animal formicis infeſtum, ita dictum, quòd aliis animalibus formica, formicis verò Leo videtur: formicilco. Myrmicoleon Græcè. Lex. Philol.
Formicōſum, plenum formicis, Plin. *Pieno di formiche*.
Formidabile, quod eſt formidandum, *Spaventevole*.
Formidamĭna, ſpectra, *Coſa da metter paura*. Apul.
Formido, as, paveo, *Haver paura*. Compoſita, afformido, reformido, vide ſuis locis.
Formido, nis, formidatio, pavor, *Paura*. Formidātus, *Temuto*. Formidoloſè, pavidè, *Con paura*. Formido, pinna venatorum, genus retis verſicoloris.
Formidŏlus, formidolōſus; pavidus, qui formidat, & qui formidatur, *Temuto, e che teme*. Lex. J. C. Gell.
Formidum, calidum. Formum, forbum; unde, Forbicapes, forfices.
Formio, Phormio, corbula, vas floreis textum ut cophinis, aut cortice, in quo caricæ portari ſolent. Lex. Philol.
Formis, e, formoſus.
Formiter, ex formula.
Formiter juratur, cum cauſa adjecta, aut cum expreſſione contractus: Informiter, cum cauſa non exprimitur. L. J. C.

For-

Formo, as, formam induco, figuro, *Formare*. Composita, informo, conformo, vide suis locis. Formon, calor. Formus, calidus. Cath.

Formonsus, formosus. Salmas. *Bello.*

Formositas, pulchritudo. *Bellezza.* Apul. Formōsus, pulcher, speciosus, *Bello.*

Formicāpes, forcipes dictæ, quòd forma capiant, idest, ferventia. Test. Formucapes. Lex. J. C. unde, Forcipes, à formus. Vide.

Formula, parva forma. Item, genus dicendi, *Maniera, ò fattione.* Formulam intendere, dictare actionem, seu judicium. Formulâ excidere, cadere causâ. L.J.C. Item, causa, & actio ipsa.

Formulæ, sunt certæ, & solemnes conceptiones verborum in solemnibus actionibus. Instrumenta. Formula lethalis, sententia mortis.

Formularius, formulas servans, *Copisto, Procuratore.* Item, qui formam scripti concipiebat. Scriban.

Formus, calidus: formucāpes, forcipes, *Tanaglie da fuoco.* Isid. Glos. Formus, item formosus.

Fornacāle, ad fornacem spectans. Fornacalia, feriæ institutæ farris torrendi gratiâ in fornaculis.

Fornacarius, fornātor, qui ignis in forno, seu fornace accendendi curam habet. Item, qui in balneum ignem curat. L. J. C.

Fornacarius servus, pistrinarius, vel pistor.

Fornaceus, factus in modum fornacis.

Fornacio, is, fornacem facio, aut coquo, *Far, ò cuocere la fornace.* Fornacitum, fornacatum, instar fornacis factum, *Fatto à guisa di fornace*, vel fornace coctus. Cath.

Fornacula, parva fornax, *Picciola fornace.*

Fornax, ācis, rei alicujus coquendæ, aut calefaciendæ gratiâ caminus. Forne etiam dicta, *Fornace*; unde, Fornax calcaria, *Da calcina.* Lateraria, *Da matoni.*

Fornex, fornes, impudica, porne, Græcè. Lex. Philol.

Fornia, fornicatio. Pap.

Fornicare, camerare, *Far' in volta.* Contra, pandare. Unde Fornicari, passivè, curvari.

Fornicor, aris, scortor, meretricor.

Fornicaria, scortum, meretrix ad fornicem stans, Supp. Fornicāti, meretricari, scortari in fornicibus.

Fornicarius, impurum fornicem frequentans, Fornicatrix.

Fornico, as, p.c. fornicem extruo, vel fornicis figuram induco, *Far in volta.* Fornicari, fornicis in modum curvari.

Fornicatio, fornicis structura, *Fabrica di volta.* Item, scortatio. Fornicātum, *Fatto in volta.*

Fornicarius, opifex, & propola, sive institor, qui tabernas conducit sub fornicibus, ubi merces vendunt.

Fornix, fornicis, p.c. arcus in ædificiis, & quodcumque opus concameratum, *Volta, arco.* Item, lupanaria, lustra ferarum; unde, Fornicāri, fornices, & lupanaria frequentare.

Fornix, interior: Arcus, exterior dictus. Fornicātum, concameratum, *à volta.* Quòd si angulosos recessus habeat, Anaglyphum appellatur. Bud. L. J.C.

Fornum, & fornaces, dicuntur à formo, idest, calido. Inde, Forcipes, quòd candentes teneant ferrum. Non. Fornucalis, quasi forunculis, forceps dicebatur. Calep.

Fornus, fornax, seu furnus. Varro. *Forno, fornace.*

Foro, as, penetro, *Forare.* Inforo, Reforo, p.c. *Forare.* Foratus, us, foramen, perforatio, *Forato.*

Forabile, quod forari potest, *Che si può forare.*

Foronea, Laverna. Sup.

Forpex, tonsorum instrumentum, quo pilos incidimus. Forfices, sarcinatorum. Forcipes, fabrorum, & ferri. Vide, Forceps.

Forpes item, machina sublevandis oneribus. Vitr. Lex. Phil.

Forpicūla, parva forpex, *Forbicetta.*

Fors, casus temporalis, fortuna. Fors fuat, sit, eveniat bona. Forset, fors est; forsit, fortè an sit, antiq. Palm.

Forsan, forsitan, fortassis, fortasse, fortè, casu, *Forsi, à caso.* Fortean, fors, fortuna, eventus, *Fortuna buona.* Don.

Fortalitium, arx, munimentum forte. Barb.

Fortax, totus imus camini gyrus, & soli pavimentum saxeum. Turn. Item, fortax, à fortitudine; sicut, Fornax, à fornice. Lex. Philol.

Forte fortuna, bono eventu. Cath. Fortuitum, quod casu accidit, *A caso.*

Forteścit, fortis fit. Næv. antiq. *Divenir forte.*

Fortia, vis, *Forza.* Simon. Cod. ll. antiq.

Forticūlus, parùm fortis, *Poco forte.*

Fortificāre, fortem facere. Plaut. *Fortificare.*

Fortis, strenuus, *Forte.* Unde, Fortitudo, laborum perpessio, *Fortezza.*

Fortitas, fortitudo. Sup. *Fortezza.*

Furtim, furtim. Inscr. antiq.

Fortuito, furtuitu, casu, *A caso.* Fortuitum, *Casuale.*

Fortuna, casus res incerta. Fors fortuna, eventus fortunæ bonæ. Fortunæ, divitiæ, *Ricchezze.*

Fortunātè, fortunatim, feliciter, *Felicemente.*

Fortuno, p. p. as, prospero: fortunatim, prosperè. En. Fortunassint, prosperent. Fortunas, fortunæ. Næv. Fortunātus, propitius, *Felice.*

Fortunium, prosper eventus, *Felicità.* Cath. contra, Infortunium, *Disgratia.*

Forūli, armariola, seu capsulæ, in quibus libri reponuntur, *Armarii da libri.* Item, parvi sulci oblongi.

Forūlum, parvum forum. Cath. *Piazzetta.*

Forum, locus publicus, quò res venales feruntur, *Piazza.*

Forum boarium, cupedinarium, olitorium, pomarium, promercale, scrutarium, suarium, Jun. vide suis locis. Forum, pro forium. Marum, pro marium. Næv. Forus, pro forum. Pomp. Forus. Vide Fori: locus, ubi uvæ cancan-

cántur. Isid. Foro cedere, vertere solum. *Andarsene fallito*. Bud.
Forvum, calidum, fervidum; unde forceps, quasi forvicapes: formosus, à sanguine forvo, seu calido, rubro. Isid. Lex. Phil.
Fossa, origma, locus ubi de damnatis sumebatur supplicium.
Fossa, incilis, canalis in viis lapide stratis. Jun. fossa. Fossula, parva fossa. *Fossetta*.
Fossa, fossatum, locus, unde effossa est terra. *Fossa*.
Fossātum, castra, quia fossâ cingebantur. Item fossa. Item, exercitus. Fossātus, fossāre, fodere, *Far fossa*. Enn.
Fossilia, quæ à terra effodiuntur, ut metalla, *Minere*. Fossititium, fossitium, quod è terrâ effoditur. Fossititia nigra, terræ genus combustibilis.
Fossim, faxim. Varro. Scal.
Fossinagar, arvus, campus. Cod. ll. antiq.
Fossio, onis, fossūra, à fodio, ipse fodiendi actus. *Zappatura*, vel tempus fodiendi.
Fossititium, fossile, p. c. quod foditur, sive fodi potest. *Che si può cavare*.
Fossor, qui fodit. *Zappatore*. Item, stupidus, *Balordo*. Item, primus ordo ecclesiasticus. D. Hieron.
Fossorium, lectus instar fossæ ad cubandum, quod erat eremitarum. Cæsarius. Item, quo fovea fit. Isid. Gloss. *Stromento di far fosse*.
Fossūra, fossio, tempus fodiendi.
Fostia, pro, hostia, antiq. Lips. Fostem, hostem.
Fotilis, nutribilis, vel aptus ad fovendum. Cath.
Fotio, Fotus, nutritio. Cath. Fotus, refocilatus.
Fotus, a, um. *Covato*.
Fotus, us, fomentum. Fotura, fotile, aptum ad fovendum. Cath Fotus, a, um, *Cavato*.
Fotis, scortum Apuleji, à luce dictum. Item, lampas, lampadion, scortillum. Cerda.
Fovea, scrobs. *Fossa*. Cavum, ulcus, ac purum in nigro oculi. Gal.
Foveo, es, calidum teneo. *Covar, tener caldo, ò in seno*.
Foveŏla, parva fovea. *Fossetta*.
Fovii, fabii, dicti à foveis. Fest.

F R

Fracebunt, displicebunt, antiq. Fest.
Fracelli, stillicidia sterquilinii, sordium glomusculi. Pap.
Fraceo, fracesco, frangor, resolvor calore, & vetustate putrefio, *Marcire*. Non. Fracescere, friari. *Frollarsi*.
Fraces, olei fœces. *Feccie d'oglio*. Floces, vini, *Goccie di vino*.
Frages. Vide Flaces.
Fracidus, p. c. plusquam maturus, & jam putrescens. *Fracido*.
Fractillum, ad frangendum piper. Isid. Gloss.
Fractillus, cauda, vel fragmen panni fissi; fractilus.
Fratillus, villus in tapete, vel aliâ veste villosâ. Cath.

Amaltbea Onomast.

Fractitium, quod facilè frangitur, fractile. Cath: *Spezzabile*.
Fractūra, fractio, *Rottura*. Fractum, *Spezzato*, à frango, is. Vide.
Frænarii, chalinopœi frænorum factores. Cod. ll. antiq.
Frænator, qui refrænat; frenigĕrus, qui frænum gerit. Aldus sine diphthongo scribit.
Fræno, as, equos coerceo, *Frenare*. Frænatus, fræno coactus. Defrænis, effrænis, effrenus, indomitus, *Sfrenato*. Refræno, &c.
Frænum, instrumentum, quo equi domantur, *Freno*. Frænulum, parvum frænum. Frænusculus, ulcus circa rictum oris jumentorum. Cath. Isid.
Fraga, orum, mora fragrantia in herbis nascentia rubra, *Fragole*. Fragaria, herba fraga ferens. Fragorium, locus consitus fragis, *Fragolaro*.
Fraganæ, plagiarii ingenuorum, liberos, aut alienos servos vendentes, aut supprimentes. Lex. i. c.
Frages, reliquiæ fractarum trapeto olearum. Turn. *Sansa, avanzi d'olive dal frantoio*.
Frageſco, frageo, frangor, languesco. Turn. Acc. Fragebunt, languebunt. Non. displicebunt.
Fragi, frangi, antiq.
Fragidica, stylus, à Frango. Cath.
Fragilis, qui frangi potest, mollis, pathicus. Frangere, in obscœnis. Turn. Fragilitas, fragiliter.
Fraginosa, coniza, herba. Dioscor.
Fragium, ruptura. Unde, Crurifragium, crurum ruptura. Apul.
Fragmen, fragmentum, frustum, pars rei fractæ, Auctor de limit. *Pezzo, fragmento*.
Frago, fragor, antiq. Palm. Item, frango, antiq. Fregi, præt.
Fragor, oris, sonitus ex aliqua re cadente factus, *Suono grande*. Fragor resultans, tonitru. Capella.
Fragor, āris, inusit. unde, Refragor, suffragor. Vide. Cath.
Fragosus, asper, præruptus. Fragosè, præruptè *Scoscese*.
Fragaria, herba, cujus fructus fraga dicta. *Fragole*. Lex. Philol.
Fragra, fraga, melius. *Fragole*.
Fragus, recurvatio poplitis. Suffraginatio. Isid. Gloss. *Piegatura del ginocchio*. Item, genu. Cath.
Fragro, as, fragrare, odorem mittere. Fragrantia, bonus odor. *Buon'odore*.
Framea, hasta Germanica angusto, brevique ferro; gladius anceps. Isid. *Arma in hasta*:
Framea, vindicta, rugus, ensis, lancea, mors animæ. Lex. Philol.
Frana, judex: frone, sapiens, juris peritus. Lex. Philol.
Francigena, genitus à Franco, vel in Francia. Cath.
Francilis bannus, hominis franci, ideſt liberi.

Sirmon. Francigèna, à Franco genitus. Franciſtæ, inſignia Francorum. Franciſare, more Francorum ſe habere. Cath.

Franciſca, telum, & ſecuris genus. Hincm. quod ante magiſtratus ferebant, ſicuti ſecures ante Coſ. Pap.

Franciſo, as, more Francorum me habeo, aut linguâ eorum loquor. Cath.

Francomaſtis, Francorum obtrectator. Bud.

Frances, liber. Cod. ll. antiq. Franciſta, Francus.

Frango, is, rumpo. *Spezzare*. Frangibile, quod frangi poteſt. *Fragile*. Item, in obſcœnis.

Frater, natus ex eodem patre. *Fratello*. Frater patruelis, filius patrui.

Fratercŭlus, parvus frater. Item, homo ignotus tamquam è terrâ natus, quaſi fraterculus gigantis.

Fratereulant, Fratrant, mammæ puerorum creſcentes: Sororiant, puellarum.

Fratellum, ſtillicidium ſtercoris, vel ſterquilinii. Unde, Fratĕre, ſordere, diſplicere. Cath.

Frater (idem dicendum de ſorore) Germanus ex iiſdem parentibus. Uterinus, ex eadem matre. Conſanguineus, ex eodem patre. Fratres, gemini. Jun. Item, Chriſtiani. Fraternitas, Eccleſia. Tertul. Fraternus, ad fratrem pertinens.

Frater patruelis, filius patrui. Frater, aut ex alio patre, aut ex aliâ matre poteſt eſſe. Germanus, ex iiſdem parentibus ſit, neceſſe. Fronto.

Fraternus, ex fratre, filius fratris. Gloſſæ. A. L. Fraternè, fraternitas, fraterculus, dimin.

Fratilli, villi ſordidi in tapetis, & pannis, quòd per terram ferantur. Feſt. Fractilli.

Fratrāre, pubeſcere, turgere. Pap. de puerorum mammis dictum. Soriorare, puellarum.

Fratria, uxor fratris. Feſt. *Cognata*. Item, multitudo, contubernium. *Confraternità*. Gloſſ. vet. Fratiatim, per fratrias. Fratores, ejuſdem fratriæ.

Fratria, Fratores; unde Phratatria, Phratores.

Fratres aruales, qui de finibus, ac terminis motis cognoſcebant. Lex. i. c.

Fratricida, æ, qui fratrem occidit. *Chi amazza ſuo fratello*.

Fratrimonium, fraterna bona, ſicut, Patrimonium, bonum paternum. Lex. i. c. Matrimonium. Vide.

Fratriſſa, fratria. Iſid. fratris uxor. Fratrueliſſa. Pap. fratria. L. i. c.

Fratro, as, cyamiſſo. Feſt. Fraterculo, de mammis puerorum ſimul creſcentibus.

Fratruēlis, materteræ filius. Iſid. Gloſſ.

Fratruus, filius fratris. Fratrua, filia, aut uxor fratris. Fratruēles, duorum fratrum filii.

Fraudator, qui fraudat. *Ingannatore*. Fraudatio, fraus, fraudo, ac decipio. *Frandare*, *ingannare*. Frodolentus, plenus fraude. Frodolenter.

Fraudas, fraudes. Inſcr. antiq.

Fraus, dolus, malitia. *Frande*. Fraudolentus, maliciosus. Fraudolenter. *Con inganno*.

Frauſum, fraudatum. Frauſus erit, fraudem commiſerit. Feſt. fraudatus ſit. Plaut.

Fruſus, fraudatus, ideſt, ad fraudis fructum veniſſet, fauſi fraudem capitalem. Liv. Lex. Philol.

Frax, vini fæx. Sup.

Fraxare, obire, circumire vigilias, undę anfractus. Lex. Philol.

Fraxinus, arbor nota. *Freſſino*. Fraxineum, è fraxino. *Di freſſino*. Fraxinētum, locus conſitus fraxinis.

Fraxicella, dictamum album, herba floriſera. H. P. *Freſcinella*.

Fraxo, as, à Frago, vigilias circumeo, quòd eo labore homo frangatur. Fraxatio, circumitio: fraxator, circitor. Feſt. Plin.

Frea, filia, virgo, mundiana, de parente ſuo relicta. Iſid. Gloſſ. Item, poteſtas, vel mundia. Mundium, dominium. Cath. Lex. Philol.

Fredum, compoſitio cum fiſco. Flodoar. Freda, bannum. Pap. Cod. ll antiq.

Frefat, regit, coercet. Iſid. Gloſſ.

Fremebundus, valdè fremens. *Strepitoſo*, ſimilis frementi.

Fremiſco, fremere incipio.

Fremium, herba de genere anemones. Lex. Philol.

Fremo, is, fremere, immaniter ſonare. *Far ſtrepito*. Fremens, fremitus, us, ingens ſonitus maris, aut populi. *Strepito*.

Fremor, tumor hominum: Fremitus, ferarum.

Fremus, fremitus. Salmaſ.

Frex, exagitatio, furor à cerebro deſcendens, unde frendeo, & freneſis. Vide Freneſis. Cath.

Frenarii, vide frœnarii. Frenarius, qui frena facit. Lex. Philol.

Frendeo, es, frango, unde, faba freſa, fracta. Frendens, rugiens, ne frendes, non frangentes: frendere, dentibus ſtrictis cum iracundiâ vocem emittere. Frendor, oris, fremitus, ſtridor dentium. Tertul. Frendo, is. Cath. Infrendeo, valdè frendeo: confrendeo, ſimul frendeo.

Frenum, ſine diphthongo, Aldo eſt, quo equorum os cohibetur. Frenigerus, qui frenum gerit. Frenuſculi, parvi frenī. Item, ulcera circa aſperitates frenorum. Iſid. Pap. Vide, Frœnum.

Frenuſculi, ulcera circa rictum oris ſimilia his, quæ fiunt jumentis aſperitate frenorum. Lex. Philol. Iſid.

Frequens, creber. *Frequente*, *aſſiduo*. Frequentia. Frequenter.

Frequentarius, frequens, frequentāmen, frequentamentum, *Frequenza*. Frequentativum, verbum notum. Frequentamenta, frequentes mutationes. Gell.

Frequentidicus, qui frequenter dicit. *Chi parla ſpeſſo*. Cath.

Frequento, as, frequenter adeo, frequentare, unde, Frequentia, *Moltitudine*. Frequenter, *Sovente*.

Freſa,

Frella, frensa, fresa, faba fracta leniter. *Fava schiacciata, è rotta, à frendo, quod est frango.*
Fretum, locus angustus maris, *Stretto di mare.* Item, fiducia, persuasio. Fretensis, qui ad fretum habitat. *Habitatore dello stretto.* Turn. Fretus, us, antiq. unde, fretum. Lucr. Fretus, i.
Fretensis, in freto habitans, vel ad oram freti. Fretrat, tegit, exercet. Isid. Gloss.
Fretus, a, um, fultus, tutus. *Confidato.*
Friabile, arenulentum, quod facilè friatur, & quasi manibus minutim conteritur. Plin. *Che si sminuzza facilmente.*
Friāre, frio, as, fricando conterere, manu comminuere, *Spolverizare.* Var.
Fribola, vasa fictilia inutilia, unde fribusculum, friguſculum, friviusculum, friunculum, frivoluculum, quasi frivolum, non serium, & ratum. Friviculum, leve jurgium, repudium ad tempus. Lex. Philol.
Fribŏlus, ferè obolo dignus. Friciŏlus. Isid. Fribŭla, vasa fictilia, quasi fragilia. Pap.
Fribŏlum, repudium ad tempus, leve jurgium.
Fribuscŭlum, dissensiuncula conjugum non diuturna: Friusculum. Ulpian. L. J. C.
Fribolum, Isid. Frivoluſculum, frivolum: unde, Frivusculum: inde, Fribuſculum, leve jurgium. Lex. J. C.
Fricatus, us. Fictio, fricatio, onis. Fricatura, fricus, us, ipse fricandi actus. *Fregamento.*
Frico, as, confrico, *Fregare.* Unde frictices fœminæ, tribades. Vide.
Fricŭlæ, tribades. Vide.
Fricus, us, fricatus, us, actio fricandi. Fictus, a, um, tostus, à frigo; unde cicer fictum, & faba. Lex. Philol.
Fridaria, vox Arabica, certus annorum terminus, in quo planeta gubernans vitam nati, dat ei vel bonum, vel malum pro sui natura. Lex. Philol.
Frigido, frigeo, frigesco, *Haver freddo.* Frigdor, ōris, frigus. Frigdescere, frigidum esse, frigescere, *Haver freddo.* Lex. Philol.
Frigdo, as, frigefacio.
Frigēdo, nis, frigus, antiq. frigero, as, Frigerāre, Frigefactare, frequent. recreare, *Rinfrescare.*
Frigeo, algeo. Frigesco, algidus fio. *Divenir freddo.* Frigens, qui friget, *Chi hà freddo.*
Frigĕro, as, recreo. Unde, Refrigero.
Frigidarium, ahenum in balneo aquæ frigidæ, ex quo in tepidarium, inde in caldarium. Frigido, as, frigidum reddo.
Frigidè, *Freddamente.*
Frigidi, qui ex naturalis caloris defectu coire non possunt. L. J. C.
Frigidŭlus, subfrigidus, *Freddarello.*
Frigilla, frangilla, avis, quæ frigore canit, *Fringello.*
Frigiones, vestimenti genus. Isid. gloss. fortasse, Phrygiones.
Frigit, subsilit, erigit. Acc. Non.
Frigium, frisellum, mitra. Isid. Gloss. pro Phrygium. Lex. Philol.
Frigius, Phrygius, Phryx. Sup.
Frigo, is, in sartagine cum oleo coquo, torreo, *Friggere.* Refrigo, *Rifriggere.*
Frigo, erigo in honorem; unde, Frigutio. Lex. Phil.
Frigores, orum, febres, quæ faciunt homines frigere. Cath.
Frigorificus, frigus faciens, *Che fà freddo.*
Frigorōsus, plenus frigore.
Frigorici, febricitantes, frigido morbo laborantes. Greg. Frigoreticus morbus, faciens frigus, febresque. Gonon.
Frigus, *Freddo.* Friguſculum, exiguum frigus, *Picciolo freddo.*
Frigutio, is, fringultio, erigor, atque exilio. Friputire, frigere, *Tremar di freddo.* Feretinare est, subsilire cum sono, vel erigi. Cath.
Frilingi, ingenui. Adelingi, nobiles. Laxzi, servi les. Lex. Philol.
Fringilla, frigilla, avis, frinquello, fringillago, parus major. *Caponaro.* Jun. Fringillus. Sup.
Fringultio, fringultire, præpeditè, ac obscuriùs verba enuntiare, à frangillâ dictum. Fringutio. Fest. Rh. Frigutio. Vide.
Frio, as, friare, conterere, comminuere, tritare, affriare, infriare, terendo aliquid digitis inspergere. Suffriare, paululùm conterere. Friabile, quod facilè friatur. *Che si può tritare.*
Friritus, strepitus, fremitus. Accius. *Strepito.*
Frischinga, friscinga, major porcellus. Hinem. Sirmon. Cod. ll. antiq. Fœtus tener porci, aut ovis. Lex. Philol.
Frit, quod in summa spica jam matura, minus quàm granum. Varro.
Fritilis, e, ad fritillam spectans: fortè fritillis olla, in qua aliquid frigitur. Olla fritilis, in qua fal torretur. Scal. Lex. Philol.
Fritilum, puls delicata, Fritilla. Vide.
Fritilla, frumen inter pultium genera. Fritillis olla pultaria. Varro. Scal. Fritella.
Fritillum, fistrum. Item, stillicidium stercoris in sterquilinium. Isid. Gloss. Fritellum, instrumentum perforatum, ubi piper teritur. Cath. *Stromento da acciacare il pepe.*
Fritillus, tabula, sive alveus lusorius. Pyrgus, Orca, Turricula, dicta, *Tavola, ò borgolo de dare da giocare.*
Frittinio, pipio, more hirundinum fritinire, frigere, fringultire, fritillare, subsilire. Varro. Fritinus, cantus hirundinum.
Friviscŭlum, frivictŭlum, frivusculum, levis offensiuncula inter maritum, uxoremque. Item, friguſculum. Ulp. quod facilè conteritur.
Frivŏla, vasa fictilia, quasilla, supellex tenus. *Cose vili.*
Frivolarii, crytopōlæ, frivola vendentes, *Quelli che vendono cose vili.*
Frivŏlum, fragile, infirmum, *Cosa frivola, e di niun valore.* Frivolus, a, um, inanis, nullius momenti.

Friuſculum, minimum, quid frivolum. Rebuf.
Frixa caro, ſuper carbones cocta, *Braginola*. Frixum, cibi genus in ſartagine coctum. Cath.
Frixatura, frixura, frixatio, *Frittura*, à frixo, as, frequentat. verbi, Frigo, is, *Friggere ſpeſſo*. Cath. Voc. Eccl. Frixura à frigo, frixatura à frixo. Cath.
Frixorium, ubi aliquid frigitur, ſartago. *Padella da friggere*.
Frixatio, actus frigendi. Voc. Eccl. *Il friggere*.
Frondarius, ad frondes pertinens. Frondatio, frondium collectio, & amputatio. *Raccolta di frondi*.
Frondātor, oris, qui frondes legit: frondeus, truncus.
Frondōſus, lucus. Frondifer, frondifluus, frondeus. *Di fronde*, à Frons, dis. Frondicŭla, parva frons. *Frondicelle*. Frondatus, frondeus.
Frondiflua, bruma dicta. Delrius.
Frondo, as, frondes emitto, *Mandar fuori le frondi*. Defrondo, frondes demo, Cath. *Sfrondare*.
Frondare, frondes amputare, & legere. *Coglier frondi, ò sfrondare*.
Frondeo, es, frondes emitto. Defrondeo, frondes amitto.
Frons, tis, animalis, *Fronte*. Unde, frons caperata ſeu corrugata, ſtriata, exporrecta, &c. vide ſuis locis. Jun.
Frons, dis, arborum: fros, antiq. *Fronde*.
Frontāle, ornamentum frontis equorum, &c. *Frontale*. Diatoni. Vide.
Frontāti lapides, frontem habentes, aut utranque frontem parietis facientes. Vitr. Rh. *Casene*.
Frontātim, per frontem. Pol.
Frontātum, quod frontem habet, & in fronte poſitum eſt.
Frontinet, alas movet, volaturit. Sup. *Svolazzare*.
Frontiſpitium, frons anterior domus. *La facciata davanti della caſa*. Junius. Item, frontis inſpectio.
Fronto, ōnis, qui magnam habet frontem, *Frontone*. Frontōſus, impudens, *Sfrontato*. Frontōsè, impudenter. *Sfacciatamente*. Salmas.
Fros, frus, frons, unde frondes. Frons, frontis, *Fronte*. Frons, dis, *Fronde*.
Fros, foris: fros, frondis. Varro. *Fronde*. Frus, ant.
Frucem, frugem, antiq.
Fructetum, locus, ubi multi fructus. *Luogo pieno di frutti*.
Fructi, fructus. Fructa, fruita. Pap. Turpil. Fructuis, fructus, *Fruito*.
Fructiceſco, fruticeſco, fructus, & frutices emitto.
Fructifer, fructificus, qui fert fructum, *Fruttuoſo*. Fructuarius, cujus eſt, fructus vel ferens fructum. Fructifico, fructum facio.
Fructuarius, cujus eſt fructus, ſeu ad fructum pertinens.
Fructuarius, fundus in quo uſum fructum habemus.
Fructuarius, utilis, pertinens ad fructum. Cath. *Fruttuario*. Item, qui jus utendi fruendique habet.
Fructus, quicquid terra gignit, emolumentum ex fundo. Fructus, ex alio eſt. Semen, ex quo aliud fit. Gorr.
Fructus, us, fructum, ti, antiq. *Fruito*. Fructuosè.
Frugalis, temperans; contra, Nequam. Frugalitas, temperantia. Frugaliter, parcè.
Frugamenta, à frugibus appellata. Feſt.
Frugeria, Dea frugum. Cath.
Fruges, omnis fructus terræ; unde, Frugiferæ arbores, & arua frugifera, frux, gis. Vide.
Frugeſcĕre, frugum feracem eſſe. Prud. *Eſſer fruttuoſo*.
Frugi homo, & frugi bonæ, probus, officioſus. *Da bene*. Contra, Nequam. Frugus, Fruga, frugalis. Varro. à frux, gis.
Frugifer, frugiferens, fructum ferens. Frugilĕgus, fruges legens, formicarum epichĕton.
Frugionia, veſtimenta in quibus tramæ diſperſis modis reſperſæ, & perplexi Mæandri videntur; Phrygionia, fortaſſe à Phrygibus dicta. *Ricamate*. Phrygionica.
Frugiperda, homo nullius utilitatis. *Perde giornate*: ita ſalix dicta amittens ſemen ante maturitatem.
Frugipĕta, Pyrallis, columbæ ſpecies. Jun.
Frugo, frugem carpo, & fructum. Lex. Phil.
Fruiſcor, fruici, frui, antiq. Lucil. Fruniſcor, fruniſci, frunctus. Item, Fruinor, frui. Scal. *Godere*.
Frumen, monſtrum, portentum. Sup. Item, ſumma pars gulæ, tractuſque, quâ cibum lingua demittit in ventrem: ima verò Rumen. Vide.
Frumentaceus, autopyrus, panis cui nihil ademptum.
Frumentarii, menſores & negotiatores frumentorum, ſub Impp. milites certo numero aſcripti legionib. qui vehiculariæ rei præerant, frumentumque, & annonam militarem ad caſtra tranſportanda curabant. Salm. Sporr.
Frumentum, quicquid ariſtas emittit, à fruendo, vel frumine, dictum. *Formento, ogni ſorte di biada*. Frumentaceus, ex frumento. *Di formento*. Frumentator, qui it frumentatum. Frumento, as, frumentor, aris, colligo frumentum. *Raccoglier formento*. Frumentatio, egreſſus militum ad frumentum in caſtra congerendum. Frumentarius mercator. *Mercante di biada*. Frumentarium, ad frumentum pertinens. Frumentaria teſſera.
Frundes, frondes. Enn. Frundifĕrum, ferens frondes. Lucr. Frundeſcere, idem Frondeſco. Vide.
Frunga, frequens. Gloſſæ.
Frunio, digero, perficio. Pap. Fruniſſatur, fruitur, intercipit. Pap.
Fruniſcor, fruiſcor, fruor. Fruniſci, frui. *Godere*.
Frunitus, prudens, quo licet nobis frui, & perfrui. Contra verò, Infrunitus, inſipiens, nullius uſus. Lucil. *Balordo, che non vale, è buono da niente*.

Frus,

Frons,frondis,front,frondis,Enn.antiq. *Fronde.*
Fruſculum, floccnlum, *Fiocchetto.*
Fruo, potior, *Godere.* Fruimur, noſtris,& fructum rei percipimus. Utimur,alienis,ad uſum, & neceſſitatem tantùm.
Frura. Vide Phrura.
Fruſtra, fruſtratim, incaſſum, necquicquam, *Indarno.* Fruſtrator,deceptor. *Ingannatore.* Fruſtrabile; Fruſtratio, deceptio, *Inganno.*
Fruſtro, as, Fruſtror, āris. Decipio, *Ingannare, defraudare.* Fruſtratio, deceptio. Fruſtratus. *Ingannato.*
Fruſtum, rei cujuſque particnla, *Pezzo.* Fruſtūlum,minima particula, *Pezzicello.* Fruſtatim, minutatim,per fruſta. *In pezzi.* Fruſtillatim, fruſtatim, *In pezzi piccoli.* Fruſtulentum, plenum fruſtis, *Pien di pezzi.* Fruſto, as, in fruſta divido, *Appezzare.*
Frutētum, Frutectum, locus fruticibus conſitus, *Piantato di arboſcelli.* Colum. Frutetōſum, frutectōſum, fruticibus abundans, *Pieno di arboſcelli.*
Frutex, ĭcis, planta major herbis, minor arboribus, *Arboſcello.* Item,ſtolidus,ruſticus. Plaut. Item, ſtirps.
Fruticatio, cum multos ramos gignunt arbores. *Il germogliar degl'alberi.*
Frutĭco, as, fruticor, fruticeſco, pullulo, quaſi frutices emitto, *Germogliare.* Frutĕtum, frutectum, frutetum, locus fruticibus plenus, *Luogo piantato di molti arboſcelli.* Fruticōſum.
Frutinal, templum Veneris frutis. Frutilia, Frutilla,Frutis, Venus. Scal. Gloſſ. Lex. Phil.
Frutis, fruti, Venus à fruendo dicta. Turn. Frutinal, templum Veneris frutæ, quaſi Afroditæ. Feſt. Scal.
Fruticeſcere, frutices emittere, *Germogliare.* Fruticōſum, multos habens ramos fruticantes, *Che germoglia verghe.*
Frux, frugis, legumen, triticum. Feſt. Varro, unde, Frugis, frugem, ſegetes, dum ſeruntur. Meſſes,dum leguntur. Fruges, dum fruuntur. Cath.

F U

Fu, ſu, cum aliquid putoris perhorreſcimus. Lex. Phil.
Fu, herba naſcens in Ponto foliis oleaſtro ſimilibus. *Iſid.*
Fuam,fuas,fuat: ſim,ſis, ſit; vel fuerim, fueris, fuerit; vel fiam, antiq.
Fuca, piſcis ſaxatilis in promontoriis.
Fucæ,in facie maculæ. Rh. *Macchie della faccia.*
Fucāre,colorare, tingere. *Tingere.* Fucatum, tinctum, falſum. *Imbelletato.*
Fucca, foca, camus, potionis genus ex hordeo, & aliis frugibus.
Fucilia, falſa dicta, quaſi fucata. Feſt. Futilis, falſus. Fucilis, fucatus.
Fucus, apis ſine aculeo, & non faciens mel. *Ape che non fà mele.* Item, pigmentum, quo mulieres tinguntur. Item,fraus, inſidiæ. Fuco,as, *Amalthea Onomaſt.* coloro. *Imbellettare.* Fucatio; fucātæ mulieres, fucis, & unguentis coloratæ. *Imbellettate,liſſate.* Fucoſus, fucatus, fuco tectus. Fucus, herbæ genus tingendis lanis utile. Lex. J. C. Fucus marinus, herba, alga marina.
Fudibulum, trajectorium.
Fueret, eſſet. Lucr.
Fuga, fugiendi actus cum celeritate. Fuga. Compoſita, Tranſfūga, Perfūga, &c. Vide ſuis locis.
Fugalia, feſta Romæ in memoriam Regum exactorum. Fugia, Dea lætitiæ, à fugatis hoſtibus dicta.
Fugacitas, inclinatio ad fugam, *Facilità nel fuggire.*
Fugax, qui propter timiditatem facilè fugit. *Fugace.*
Fugela, fuga. Salmaſ.
Fugillo, as, ignem è petra extraho. Lex. Phil. Fugillus, ferrum quo ignis è petra extrahitur. Fugillator,qui extrahit. Cath. *Focile.*
Fuginat,laudando decipit. Gloſſ.vett.Pap.
Fugitivarius, fugitivorum ſervorum deprehenſor, & inveſtigator. *Chi và cercando i fuggitivi.* Item, qui libenter, & facilè fugit.
Fugitivus, ſervus, qui aufugit à domino eâ mente, ne redeat, *Fuggitivo.* Contra, Deſertor, Erro. Vide. Emanſor. Vide Perfuga.
Fugito, as, ſæpè fugio. Effugito.
Fugitor, timidus,qui procinùs fugit. Fugitans, qui ſæpè fugit. *Fuggir ſpeſſo.*
Fugo, as, in fugam converto, pello. *Metter in fuga.*
Fuiſſe,periſſe, antiq. fuit, mortuus eſt. Scal.
Fuit, mortuus eſt. Ita vixit, obiit.
Fulbus, fulvus. Salmaſ.
Fulbora, filius legitimus. Fulfrea, ingenua, ſive libera. Cod. ll. antiq.
Fulcio,is, ſuſtento,munio. *Fortificare, ſoſtentare.* Fulcīmen, fulcimentum, fultura, quod aliquid ſuſtinet, *Soſtegno.* Item, hypomochlium, *Sottoleva.*
Fulcraria, lecti ornamenta, *Cortinaggi di letti*
Fulctrum, pro Fulcrum. Briſſon.
Fulcrarius, qui ſpondas, & fulcra lectorum fabricat, *Chi fà lettiere.*
Fulcro,as,fulcra lectulo facio. Fulcratum, fulcra habens. Cath.
Fulcrum, fulctrum, fulcra, orum, tabulæ compactæ, ſeu ſpondæ, in quibus lecti imponuntur. Item, pedes, aut ſummæ partes lecti, *Lettiera.*
Fulctrum,accubitum,fulcrum, lectus. Lex. Phil.
Fulfica, ingenua, ſive libera. Lex. Phil.
Fulgeo, ſplendeo, *Riſplendere.* Fulget, fulgurat, *Lampeggia:* hujus compoſita; Refulgeo,&c.
Fulgerator,fulgurator. Inſcr. Vett.
Fulgetrum, fulgetra, æ, lux illa, quaſi vibratio luminis, quæ ante tonitru cernitur, *Lampo, balено.*
Fulgit, fulget, à Fulgo, is, antiq. Lucr. Fulgeo, es,

es, fulgitores. Gl. Fulgidum, ſplendidum. *Splendente*.
Fulgor, ſplendor. *Lampo*. Fulgorire, fulmine afflare, ſplendorem facere: fulgoritas, fulgor.
Fulgora, Dea fulguris. D. Aug. Lex. Phil.
Fulguratores, fulguratii, fulgurum inſpectores, ruſtici. Fulguratio, fulgurāle, ad fulgur pertinens.
Fulguricuit, fulgorem fecit. Fulguriſcit, fulgurit, fulgur jacit. Fulgoſus, fulgidus. Fulgŏro, as, fulgeo. Cath. à verbo Fulgurat, abat, fulgurà emittuntur, *Lampeggiare*.
Fulgur, fulgetrum, vide. *Lampo*. Fulgus. Cath.
Fulgurire, fulgur jacere. Næu. antiq. *Mandar lampi*.
Fulguritas, ſplendor, afflatio luminis. Lucil. Fulgoiire, fulgoritus.
Fulguritaſſiunt, fulgure percutiuntur. Plaut.
Fulguritus, fulmine ictus, à fulgurio, fulgurivit.
Fulgŭro, as, fulgur emitto, vel fulgure afflor. Fulguratum, fulgure ictum, *Percoſſo da folgore* à *Lampo*. Fulgōrus, ſplendidus. Fulgōro, as, ſplendeo. Cath.
Fulgus, fulgur. Item, ruſus, flavus. Pap.
Fulica, æ, fulix, avis aquatica, dicta à fulvo, ideſt, nigro colore, *Folica*.
Fuligo, p. p. nis, nigrum excrementum, quod ex fumo caminis, aut furnis adhæret. *Fuligine*. Fuligineus color, *Color di fuligine*.
Fuliginăre, denigrare fuligine. Cath.
Fulīna, culina. Iſid. Gloſſ. Fulinarius, coquus. Cath.
Fulinăre, coquinare. Iſid. Gloſſ.
Fulix, mergus niger.
Fullo, comœdiæ nomen. Non. Item nefanda obſcœnitas. Turn.
Fullo, ōnis, qui veſtes aquâ calidâ fovet, qui candefacit pannos. *Imbiancatore di panni, lavandaro*. Item, dedecorator. Iſid. Gloſſ. unde Fullare, dealbare. Cath. Item, piſcis tinea, vermis, ſcarabæus.
Fullonem comprime, in obſcœnis. Næv. Turn.
Fullonica, taberna fullonum. Fullonia, fullonica ars. Fullonica pila, quâ veſtes poliuntur. *Palla di ſapone, ò altro per imbiancare*.
Fullonium, ad fullonem pertinens, *Coſa per imbiancare*. Aut locus, ubi fullonica exercetur. *Concare*. Item, officina fullonis.
Fullonius ſaltus, ſive ſaliaris, erat in altum. Caſaub.
Fulmen, nis, ignis excitatus è nubibus. *Fulmine, ſaetta*. Fulmineum, ex fulmine. *Di ſaetta*.
Fulmen, fulcimentum: Momen, momentum. Scal. Lex. Philol.
Fulmenta, æ, ſolea, qua calceus ſubtus fulcitur, ut eſt corium forte, & durum, ſuppactum. Lex. Philol. Suppactum. Vide.
Fulmento, as, fulmento fulcio. Fulmentatus. Buleng.
Fulmentum, fulcimentum, fulcrum lectorum, à fulciendo dictum. Sidon. Fulmenta, æ. Var. *Lettiera*.
Fulmentum, quod lecto ſubjicitur, & quodlibet fulcimentum, quod pedi lecti ſubjicitur. Celſus. Lex. Philol.
Fulminaſter, fictè fulminans, & ad terrorem.
Fulminaſter, vanè, fictè fulminans.
Fulmino, as, fulmine percutio, afflo. *Saettare, fulminare*.
Fulti, vaſa aquarum exilia. Pap.
Fultūra, ſubſtructio, cum ſubſtentatio facta eſt. *Puntello, ſoſtegno*. Fultio, cum fit. Fronto.
Fulviana, herba urinæ ciendæ utilis, à Fulvio inventore. Plin.
Fulvus, color auri eſt, & arenæ, ex ruſo, & viridi miſtus. *Biondo*. Bayf. Fulvedo. Fulveo, es. Cath.
Fumaria, herba, fumus terræ. *Fumoſterno*.
Fumarium, locus fumi, aut ubi vina fumo medicabantur. *Camino*. Fumariolum, unde fumus exit, & emittitur; dimin. *Caminetto*.
Fumido, as, fumoſum facio: fumidum, fumo plenum. *Fumico, pien di fumo*.
Fumifico, fumigo, as, p. c. ſuffio, fumum facio, *Profumare, ſuffomicare*.
Fumificus, fumum faciens. Fumifer. *Che fà fumo*.
Fumigo, as, p. c. ſuffio, fumigare. *Profumare*. Varro. Effumigatus. *Profumato*. Tertul. Fumigabundus, fumifer, fumum afferens. *Chi fà fumo*.
Fumo, as, fumum emitto. *Far fumo*. Fumoſum, fumeum, ex fumo, aut quod fumum emittit, aut fumo tinctum. *Affumigato*.
Fumus, vapor niger ex igni exhalans. Fumo, fumulus, parvus fumus. *Fumetto*.
Funa, rheda minor. Pap.
Funāle, is, fax, tæda. *Torcio*. Funalis, cereus. *Cero*. Funales equi, qui funibus alligati triumphantis currum trahunt. Funalis, funem ferens.
Funālis, dictus Valentinianus, quòd venalitium funem portanti quinque milites extorquere non potuerint. Sex. Aur.
Funambŭlus, p. c. funirĕpus, p. c. ſchœnobătes, p. c. qui per funem excurrit. *Chi camina ſul canapo, ò ſune*.
Funarium ellychnium, funiculus ſtuppeus, aut xylinus candelæ. *Stoppino*. Sup.
Funarius equus, funalis, habenalis, qui proximus currum antecedit, quaſi fune conjunctus.
Funcia, cadavera, homines vitâ functi. Lex. Phil.
Functio, onis, actio. *Eſſecuzione di qualche officio*.
Functorium, tranſitorium. Cathol. unde, Perfunctorium. *Per paſſaggio*. Functus. Vide, Fungor.
Funda, inſtrumentum è funiculis ad lapides fundendos. *Fionda*. Item, retis genus quod in orbem ſpargitur. *Tramaglio*. Diction. Item, marſupium. Turn. Fundâlis, ex fundâ. Prud. *Di fionda*. Fundula, parva funda.

Fun-

Funda, in ornatu muliebri est circulus ex auro, quo gemmæ ita nectuntur, ut non nisi margines amplectatur. Plin. Tiraq.
Fundāmen, fundamentum. *Fondamento*. Fundamentum fistucatum, sive fistucis pavitum, *Fatto su pali*.
Fundānus, rusticus qui fundos colit. Cath. *Lavoratore*.
Fundāre, à fundo, as, firmare. *Gettar, fondare fondamenti*.
Fundator, conditor. Apul. *Fondatore*.
Fundĕre, à Fundo, is, spargo. *Spargere*.
Fundĕre, supinâ manu libare, quod fit in sacris supernis: vergĕre, convertâ in sinistram partem ita fundere, ut supernè convertatur, quod in infernis fit. Serv. Fundibula, tollenones, quæ molares lapides, &c. jaculabantur.
Fundibalista, fundibalus, funda emittens. Pap.
Fundibula, funda. Lex. Phil.
Fundibulum, machina bellica, balista. Fundibalus, fundibularius, fundibalista, fundâ jaciens. Lex. Phil.
Fundibulatores, fundibuli, fudibularii, funditores, qui fundâ dimicant. *Frondatori*.
Fundibulus, fundibŭlum, quasi fundens. Not. Imperii fundicus, apotheca. *Fondaco*. Cod. ll. antiq.
Fundito, p.c. as, sæpè fundo, & frustra verba profero. Plaut. Item, fundâ peto. Funditatio, funditandi actio.
Funditùs, prorsus, ab ipsis fundamentis. *Dal fondo*.
Funditor, aris, fundâ peto. Plaut. Funditor, ōris, fundibularius, qui fundâ dimicat. *Frondatore*.
Fundo, is, dispergo, liquefacio. Funditores, fusores, qui metalla fundunt. *Fonditori*.
Fundŭla, angiportus, via exitum non habens. Varro. *Strada stretta, e senza capo*. Item, parva funda.
Fundŭlus ligneus, parvus fundus. *Tagliere*. Vitr. Item, piscis parvus fundo hærens. Cath.
Fundum, ima pars cujusque rei. *Fondo*.
Fundus, possessio rustica, prædium. *Possessione, fondo*. Item, author, & fundamentum. Turn.
Funebria, quæ spectant ad funus. Funĕbre epulum. Funeralia, funeratitia, actio ad funus spectans. *Da morterio*. Funebre, ad funus spectans.
Funeræ, quasi funereæ, mulieres ad quas funus pertinet, ut ad sororem, & matrem. Non. Præficæ, sunt planctus principes conductæ, quæ præficiebantur ancillis, quemadmodum lamentarentur, & ante domum mortui laudes hujus canebant lugentes. Cerda.
Funerarius, funerum curator. *Chi cura i funerali*. Funeratoria actio, *Processo funesto*.
Funero, as, funĕror, p.c. justa persolvo, funeri operam do, sepelio. *Far il funerale*. Funeratus, sepultus. Funereus, mortem ferens. *Che dà morte*.
Funerosum, plenum funere. Cath.
Funerepus, vide, Funirepus.
Funesco, lugeo. Sup.
Funesto, as, funere polluo. Funestare, contaminare. Funestum, funere inquinatum, aut quod funeribus adhibetur. *Contaminato per haver toccato morti*. Funesta familia.
Funetum, arcus in vitibus, cum breviores palmites sarmento junguntur inter se funium modo. Phil. *Fune di più sarmenti di viti*.
Fungi aurium, aures. Tertul.
Fungibiles, res, quæ consistunt in numero, pondere, & mensurâ, ut pecunia, vinum, &c. Lex. i.e. Fungi pœnâ, pati. Fungi pignoribus, dare pignora. Fungi tributione, dare tributum. Duar.
Funginum, quod est ex fungo, p. p. pertinens ad fungum. *Di fungo*. Funginum genus. Plaut. Fungi farnei, boleti. Apitius.
Fungitur, patitur. Lucr. Lamb.
Fungor, eris, officium perago. *Fare il suo officio*. Solvo. Isid. Gloss. Defungor, deficio, aut perago. Arg. Perfungor, deficio, perficio. Functus.
Fungosum, rarum, & leve instar fungi. Fungositas, raritas, levitas.
Fungus, nomen genericum. *Fungo*. Boletus, qui in albis voluis nascitur. Fungus, homo stolidus. Item, morbus arborum. Item, in lucernis. Fungus caudicalis, seu arborarius. *Pioppino*. Perficus, sine radice. Rubens. *Coccola*. Pratensis. *Pratajolo*. Spongiosus, lingua, digitellus. *Disola*. Porriginosus. Lethifer, anceps. Boletus, probatissimus.
Funiculus, parvus funis. *Cordicella*. Item, mensura Persica continens LX. stadia. Her.
Funirepus, funambulus, schœnobates, qui super funem ludos facit. *Chigiosa sul canapo*.
Funis, restis ex cannabe contorta. *Fune, corda*. Funis anchorarius, ductarius, &c.
Funis, vinculum tortum, major crassiorque: restis, minor. Lex. Phil.
Funus, eris, pompa, exequiæ. *Morterio*. Item, cadaver, mors. Funus imaginarium, cum justa persolvuntur ad tumulum sine cadavere. Funus, cadaver ardens. Exequiæ, dum portatur. Bustum, crematum. Sepulchrum, conditum. Serv. Unde, Funera, &c. Vide suis locis.
Funus, tota pompa, apparatus mortuorum. Rogus, extructio lignorum. Pyra, subjectio ignis Bustum, crematio cadaveris. Ustrina, locus sepulchrum, operis constructio: exequiæ verò tantùm in via, dum portatur cadaver.
Funusculum, parvum funus. Cath.
Fuo, is, fuit: fum, es, est. Fuam, fim, inusit. antiq.
Fur, is, qui furatur, quasi furuus, niger, quia noctu furatur. *Ladro*. Item, servus. Composita, Bifur, trifur, aurifur. Vide, Fur nocturnus.
Fur, fucus, apibus infestus.
Fura, lagunc ula, & torcular in herbis. Gloss.
Furabula, tenebræ. Isid. Gloss. Furfuracula, Lex. Phil.

Furatrina, furatio, furtum. Apul. *Rubbamento.*
Furax, proclivis ad furandum. *Furace, inclinato al rubbare.* Furacitas, furaciter.
Furbæ, furvæ, hostiæ Ditis patris, & Proserpinæ aris immolatæ.
Fura, patibulum. Item, instrumentum fœnarium, *Forca.*
Furcula, furcilla, furcella, parva furca. *Forcella.* Furcatus, bifurcātus, &c.
Furcellæ, furcæ, ubi suspenduntur latrones. Cath.
Furcilis, bidens instrumentum fœno: tridens, fimo extrahendo aptum.
Furcilles, furcillæ, quibus homines suspendebantur. Fest.
Fūrcillus, furculus.
Furcifer, servus infamiæ causa furcam gestans.
Furcillo, as, suspendo, concutio. *Inforcare.* C. furca ejicio.
Furcŭla, furcilla, parva furca. *Forchetta.* Item instrumentum, quo frumenta, & stramenta leguntur. Furcella.
Furcŭlus, furunculus, parvus fur. *Ladroncello.*
Furfur, ris, purgamentum, & fex farinæ. *Semola, crusca.* Item, vitium capitis. *Forfora.* Furfuraceus panis, ex furfure. *Di semola.* Furfurosus, furfureus, ex furfure. *Di semola.* Furfurosus, furfureus, ex furfure. *Semoloso.*
Furfuracŭlum, terebra. Isid. glos.
Furfuratio, furfur, vitium capitis emittentis furfures, dicta Pytiriasis. L.m.
Furfurio, avis genus. Pap. Isid.
Furiæ, dictæ Diræ, in cœlo; Furiæ in terris; Eumenides, apud inferos. *Furie.* Furia, insania.
Furiāle, p.p. ad furias spectans: furialiter, furiosè, *Furiosamente.* Furiōsim, adv. *Furiosamente.* Furibundus. *Infuriato.* Furiatus.
Furiare, ad furendum concitare. Furiatus.
Furina, Dea furia, Erinnys.
Furinalia, festa furiarum, seu Furinæ Deæ. Isid.
furinum, furtivum.
Furinus, a, um, ad furem pertinens.
Furio, as, cum furore concito. *Infuriare.* Unde, furiatus, &c. Furiosus, furiosè.
Furiosus, à quo furor nunquam recedit. Furiarius, qui furit ex causâ. Serv. Furibundus. *Infuriato.* Mente captus, ad tempus.
Furnaceus, in furno coctus.
Furnarius, furnum curans, pistor. Furnarium, ad furnum spectans.
Furniana vasa, à Furnio inventore. Plin.
Furnicum, furni instar habens, laqueatum, cameratum. Cedren.
Furnus, in quo panis coquitur, *Forno.* Furnaceus panis, in furno coctus. Furnaria, ars: furnarius, qui furnariam exercet. *Fornaro.* Furno, as; Infurno, as, in furnum immitto. Cath. *Infornare.* Defurno, as, de furno duco. *Sfornare.*
Furo, is, furiosus sum, iracor. *Infuriarsi.*
Furo, onis, furettus, mustela sylvestris, animal tenebrosos cuniculos effodiens. *Foretto.* Gesn.
Furor, āris, furtum facio. *Rubbare.* Furor, ōris, insania, *Furore.*
Furtificus, qui furtum facit. *Che rubba.*
Furtim, furtivè, latenter, *Furtivamente, di nascosto.*
Furtŭlum, parvum furtum. Cath. *Piccolo furto.*
Furtum, præda, *Furto.*
Furtum, contrectatio rei alienæ invito domino.
Furveo, es, furvus, niger fio, nigresco. Furvesco, incipio furvus fieri. Cath.
Furunculorum ludus, latrunculorum. *Di facchi.* Delrius.
Furunculus, parvus fur. *Ladroncello.* Item, tuberculum acutum cum inflatione, ac dolore. Phyma, *Fignovo, nisciuolo.* Item, in arboribus, & vitibus extuberantia instar verrucæ. Colum. Item, mustela sylvestris.
Fur, niger, ater. *Negro.* Fest. Furveo, niger, furvus fio. *Divenir negro.* Cath.
Furvus, a, um, niger.
Fusaneus morbus, qui omni loco, & tempore fit.
Fusarius, sanguinarius, arbor. Pap. *Fusajolo.*
Fuscator, fuscum faciens, *Imbrunire.* Fuscum, furvum, *Imbrunito.*
Fuscina, æ, p.c. telum tridens, sive trisulcum piscatorium, *Tridente.* Fuscinŭla, dimin. parva fuscina. *Forcina.*
Fusco, as, fuscum facio, *Imbrunire.* Fuscātor, qui fuscat. *Imbrunitore.* Arn. Fuscus, color subniger. *Fosco, bruno.* Fuscans, umbrans. *Che adombra.*
Fusile, p.c. quod fusum est ut sal fusile, vel quod facilè funditur igne. Ductile, malleo. Colum. Fusura, actus fundendi. Voc. Eccl.
Fusim, fusè, sparsè, *Sparsamente.*
Fusina, officina, ubi æs funditur. *Fucina.*
Fusio, onis, sparsio, *Spargimento.* Illatio tributorum. Salm.
Fusionaticum, Fusionalititium, à fusione dictum; Glos. Lex. Phil.
Fusiosus, furiosus, antiq.
Fusius, pro Furius, antiq. ut Valesius, pro Valerius.
Fusores, qui ex metallo statuas, vel alia opera fundunt, *Fonditori.* Ars fusoria, funditoria.
Fusorium, quod ad fusionem attinet. Item vas, in quo metalla funduntur, hoc est, liquefiunt. Fusura, fusio, liquefactio. *Fondimento.*
Fusor æramentarius, qui fundit æra. *Fonditore di artiglierie, o campane.* Jun.
Fustanum, pannus gossypinus, xylinus. *Fustano.* Lex. Phil.
Fusterna, æ, pars abjetis superior, durior, nodosior. Inferior, Sapinus. Plin.
Fustibălus, instrumentum bellicum, cujus per medium ligatur funda ex corio, & utrâque manu impulsum propè ad instar onagri dirigit saxa. Fustibalatores, milites. Modest.
Fusticulus, minutum lignum, parvus fustis. Apul.
Fustigo, as, verbero, fuste pulso. *Abbastonare.*

Fu-

Digitized by Google

Fuſtigare, fuſtare, defuſtare, baculis percutere. Cod.ll.antiq.

Fuſtis, is, lignum teres, *Baſtone*. Fuſtuarium, *Baſtonate*. Fuſtigatio, pœna fuſtis, *Baſtonate, colpi di baſtone*. Fuſtuarium, & virgæ minùs inhoneſtæ flagellatione.

Fuſtulor, ſibilo. Iſid. Gloſſ. fortaſſe, Fiſtulor.

Fuſus, i, inſtrumentum, quo nent mulieres, *Fuſo*. Fuſarius, qui fuſos facit, aut vendit, *Fuſaro*. Fuſellus, parvus fuſus. Cath. *Fuſetto*. Fuſus, a, um, copioſus.

Fuſura, fuſio, liquefactio, *Fondamento*.

Futatim, profuſè, antiq. Plaut.

Futāre, arguere; unde, Confutare, ſæpiùs fuiſſe. Feſt. Plaut. Vide.

Futātur vinum, cum miſcetur aquâ. Scal.

Futavit, ſæpiùs fuit. Antiq.

Futile, vas, quod non deponebant miniſtri ſacrorum, quod erat acuto fundo, & parulo ore.

Futilis homo, inanis, quòd omnia effutiat. Futilis cauſa, inanis.

Futilitas, vanitas, *Leggierezza*. Futiliter, futilè, vanè, *In vano, inutilmente*.

Futio, is, effundo; unde, effutio, vana loquor, *Parlar coſe vane*. Temerè verba fundo.

Futis, futum, vas aquarium, quo aqua in triclinium afferebatur. Item, ubi reliquiæ ſacrorum colligebantur. Item, coquinarium inſtrumentum ad aquæ fervorem frangendum.

Futo, as, redarguo. Unde, Refūto, Confūto, p.p. uſit. Feſt. Confutare.

Futo, eſt, ferventem ollam, cum panlò plus exuberat futo vaſe, inversâ aquâ compeſco. Titin. Lex. Philol.

Futum, vas aquarium in triclinio, quo aqua effunditur. Varro. Unde, Futo, Confuto. Vide.

Futuo, is, verbum obſcœnum, cum derivatis. Coeo, rem Venéream ago.

Futurum, conſequens, quod erit, *Coſa, che ſarà*.

Futuritio, vox ſcholaſtica à verbo futurire. Lex. Philol.

Fuvi, fui, apud comicos. Plaut. &c. fuvit pro fuit, antiq. Turn. Fuviſſe. Enn. Fuvat, fuat. Lucr.

Notæ antiquorum.

F. Fecit, felix, familia, fuit, ſit, figura, fides, filius, Februarius, fluvius, fauſtum. F. pro V. ut SERFUS, ſervus. FIXIT, vixit. FAB. Fabius, faber, fabrum. FAU. F. fauſtum factum. F. C. fideicommiſſum, fiduciæ cauſa, fraude creditoris, faciendum curavit. F.C.D. fraude credentes. F.C.L. fraudatoris cauſa Latina. F. C.L. fraude clientis. F.D. fides data, fecit dives, Deus. FDC. fideicommiſſum. FD.M. fides mundi. FD. AG. fundum agri.

FE. fecerunt ſortem. F.E. filios ejus. FEA. fœmina. FEB. Februarius. F.E.D. factum eſſe dicetur. F. ED. factum edicto. FEM. fœmina. FER. fecerunt. F.F. flando feriundo, fabrè factum, fidem facit, filiusfamilias. F.F.F. ferro, flamma, fame; fortior, fortunâ, fato. FL. F. Flavii. F.FL. vel, F.F. fratris filius. F.H. filius hæres. F.F. fecerunt, fabricaverunt, fefellerunt, fabrefactum. F. H. IV. fortunam hic invenies, ſ. digeſta. D.

F.I. fieri juſſit. FI. B. fide bona. FIC. fiſcum, vel fideicommiſſum. FIC. RP. C. fiſcum Reipublicæ cauſa. FID. fides. FID. D. fide dignus. FID. F. fide factum. FID. IMP. fides Imperatoria. FID. INTER. fides interpoſita. FID. P.C. fides patrum conſcriptorum. FID. P.R. fides populi Romani. FID. R. fides regia. FID. RP. fides Reipublicæ. FID. S. fides Senatus. FID. SER. fidelis ſervus. FIL. filius. F.IR. fidejuſſores.

FL. filius, Flavius, Flamen. FLA. R. filia regis. FLB. flabrum. FL. flavus. F.M. fati munus, fieri mandavit, felicis memoriæ, fecit memoriam, factum monumentum, finis agrorum. F.M.I. fati munus implevit. F.M. IT. fati munus implevit. F.N. fides noſtra. FN. AGR. fines agrorum. F.N.C. fidei noſtræ commiſſum.

FO. Forum. FOR. fortè, fortis, foras, fortuna. FOR. RED. fortunæ reduci. FO.S.V.P. XX. INU. MM. LDBL. fode ſub via pedes viginti invenies monumentum laudabile.

F.P. Forma publica. F.PP.R. forum populi Romani.

FR. fratres, fronte, forum. F.R. forum Romanum, regum, finium regundorum. FRA. C. fraude creditoris. FR. COR. forum Cornelii. F.E.D. factum eſſe dicebatur. FRES. AR. fornaces aurificum. FR. F. fratris filius. FR. I. forum Julii. FRMS. firmiſſimus, fortiſſimus. FR. POM. forum Pompeii, vel Pomponii. FR. S. forum Sempronii. F.S.S. fraude, ſive ſua. FRT. forſitan. FS. fratres. FS.E. factus eſt. F.S.E. factum ſic eſt. F.T.C. familia, vel famula teſtis cauſa.

FV.C. fraudiſve cauſa. FUNC. functus.

G

GEt C. invicem mutarunt antiqui, ut acitare, pro agitare: cerrones, gerrones, &c.

G A

Gaas, prædium. L.J.C.

Gabălus, gabala, p.p. crux, patibulum, & nomen proprium,

Gabălus, gabarus, inſulſus, barbarus. Gabbări, inſulſi, barbari. Unde, Gabbares. Vide.

Hirrio, riugo, rabio, in rabiem vertor, quod canum eſt, cum in rabiem aguntur. Feſt. Hirritus, us, canum rabies.

Hirſi,

Hirſi, hirſuti, *Peloſi*. Pap.
Hirſiculus, piloſum habens culum. Sup.
Hirſutus, p. p. horridus ſetis, ſetoſus, *Peloſo*. Hirſutia, æ, horriditas. Solin.
Hirtus, ſqualidus; hirſutus, ſetoſus. Hirtæ ſepes, rubis, & ſpinis aſperæ. Colum.
Hirundo, inis, avis nota, *Rondine*. Item, piſcis, *Arondella*. Arundo, canna. Hirundinaria, herba, &c. Hirundinīnum, hirundinis. Hirundininus nidus.
Hirūdo, p. p. inis, ſanguiſuga, piſcis inſectilis. Rondel. *Mignata*. Hirundininum, ex hirudine.
Hiſce, his: hice, hicce, hic. Ter.
Hiſciatus, frequenter oſcitans. Onom. Lex. Phil.
Hiſco, is, labra diduco loquendi gratiâ, utpidè loquor, *Aprir la bocca*. Unde, Dehiſco, ſatiſco. Vide.
Hiſcere, deſinere. Iſid. gloſſ. Hiſcitur, dividitur, aperitur, *Sbadigliare*.
Hiſemerinus, circulus æquinoctialis. Pap.
Hiſpex, hiſpidus, ſetoſus. Gloſſ. *Peloſo*.
Hiſpidus, p. c. hiſpidōſus, ſetoſus, horridus, *Setoloſo*.
Hiſplenium, flagellum, ſtimulus boum. Item, in oſtilis ferrum aſcendens, & deſcendens, *Saltarello, ſaliſcende*. Heron.
Hiſter, Ludius, Hiſtrio, *Comediante*. Item, Iſter Danubius.
Hiſterologia. Vide, Hyſterologia.
Hiſtobœus, hiſtoboe, lignum ad jugum protentum inter boves. Hiſtoboeum, lorum quo lignum adnectitur jugo. Rh.
Hiſtodoce, lignum in puppi prominens, in quod reclinatur arbor. Rh.
Hiſtoria, æ, hiſtorice, es, narratio. Hiſtoria, eorum quæ vidimus aut videre potuimus. Annales, contra, quæ annuatim facta. Vide Annales.
Hiſtriculus, parvus hiſtrio. Gloſſ. Lex. Phil.
Hiſtoricus, hiſtoriographus, qui ſcribit hiſtorias. Hiſtoricum, hiſtoriale, ad hiſtorias pertinens. Hiſtoricè, hiſtoriè; hiſtoriale, ad hiſtorias pertinens.
Hiſtorio, as, hiſtoriogrăpho, as: hiſtorias ſcribo, *Scrivere hiſtorie*.
Hiſtoriologia, tractatus hiſtoricus.
Hiſtrio, hiſter, ludio, qui perſonatus in ſcenâ comœdias, & tragœdias recitat, *Giocolatore, comediante*. Hiſtrionica, hiſtrica ars, *Arte di comediante*. Hiſtrionicum, hiſtrionale, ad hiſtrionem pertinens, *Comico*.
Hiſtrix, icis, animal ex herinaceorum genere, porcus ſpinus. Jun. *Porco ſpino*.
Hiſvium, methodium, via ratione inſtructa. Sabel. in Suet.
Hitta, hyems, & ciccum, pomi granati cortex. Sup.
Hittio, indago veſtigia alicujus vocis nictatione, quod eſt canum indagantium, *Giastire*. Jun. Unde Hittus, vox canum.
Hittus, vox canum indagantium; hirittus, *Giastimento*. Sup.

Hiulco, as, hiulcum facio, findo, *Fendere*. Hiulcus, fiſſus, apertus. Hiulcagens, avida, hiante ore prædam captans. Plaut. Hiulca oratio, quæ malè cohæret: hiulcè, ineptè. *Con largo ſpatio, ſpaccamente*.

H O

Hoc aliquid, unum, & ſingulare: hoc ipſum, quod eſt, eſſentialiter.
Hoc noctis, hac nocte, hoc pro huc. Plaut.
Hodie, hoc die, *Hoggi*. Hodiernus, *Del giorno di hoggi*.
Hodieque, etiamnum hodie.
Hodœdocus, viarum obſeſſor: hoduſus, hodidodocus. Feſt. *Aſſaſſino di ſtrada*.
Hodegetrix, viæ dux, Maria dicta. Codin.
Hodœporica, itineraria, quæ de itinere ſcribuntur, *Itinerarii*. Hodœporicus, a, um.
Hodeporicum, itinerarium, libellus aliquod iter deſcribens. Lex. Phil.
Hodœporium, convivium, aut merces data comiti, aut duci viæ.
Hodœus, viarum curator, *Curator di ſtrade*.
Hodœpōrus, viator. Hodœporici, Pompici, equi itinerarii. Rh. *Cavalli da viaggio*.
Hodophylăces, viarum cuſtodes, *Guardie delle ſtrade*.
Hodoſtroſia, munus ſternendæ urbis, *Cura di laſtricar le ſtrade*.
Hœdus, &c. Vide Hædus.
Hœlix, felix. Gloſſ.
Holcium, liquidorum & aridorum vas, *Vaſo*.
Holcas, adis, oneraria navis, ab helco, traho; quòd trahi debeat. Item, vas vinarium. Poll.
Holcæum, lavacrum in quo pocula abluuntur. Poll. *Lavatojo di vetri*.
Holcea, vaſa unguentaria. Dalech.
Holcimus, hepatis dolor. Rh. O nom. Med.
Holcoda, celox, navicula velox. Sidon. *Navicella, briganſino*.
Holcimus, a, um, trahibile, tenax, glutinoſum, ab helco, traho.
Holcus, tractus. Item, herba ariſtas è corpore extrahens; machina tractoria, ſulcus, veſtigium.
Holerāre, oleribus conſerere, *Piantare hortaglia*. V. Olus.
Holerorum, pro olerum. Hon.
Holitor, horticola. Iſid. Gloſſ. *Hortolano*. Vide, Olitor.
Holmeus, lapis orbicularis, in quo leguminaeduntur. Holmus, mortarium.
Holmiſcus, mortariolum, & cavitates dentium molarium. Vide, Momiſcum.
Holmus, delphici tripodis tegumentum, cui vates inſidet. Poll.
Holobēræ, holoveræ, oloveræ, veſtes graves auro, aut totæ ſericæ, aut conchyliatæ. Beri enim veſtes Palatinorum, & honeſtiorum. Alciat. Turn. à birro, ſeu burrho, purpureove colore.
Holobryzæ, veſtes ex auro ſolo & puriſſimo con-

, contexta, *Vesti d'oro, di broccato*. Tota ex obryzo.
Holmus, pars tripodis, in qua vates sedebant. Rh. Item, mortarium. Holmos, cavum coxendicis.
Holocaustum, sacrificium, in quo detractis extis tota victima cremabatur; in aliis verò tantùm exta.
Holocaustōma, holocaustomătum, victima quæ tota comburitur detractis extis. Holocaustōsis, hoc sacrificium.
Holocharis, totus gratiosus. *Tutto gratioso.*
Holochrysum, p. p. totum aureum. Greg. Tur. *Tutto d'oro.*
Holocleria, integritas omnium partium, & totius hæreditatis consecutio. Holoclerus, qui eam consequitur.
Holococcinum, integrum cotinum. Cotinum, oleaster, & corona ex oleastro, & acinis. Lex. Philol.
Holochroa, tota ejusdem coloris. *Tutto d'un colore.*
Holodactylus, versus totus ex dactylis. Dactylicus.
Hologrammum, holographum, autographum, idiographum, propriâ manu totum scriptum.
Hololampus, totus flammeus, lucidus. *Tutto splendente.*
Holopachion, integer cubitus.
Holophanta, halophanta, vilis, totus mendax, conductus in omnibus ob mendacium.
Holopison, edulium totum ex pisis confectum.
Holoporphyrum, totum purpureum. Holosericum, totum sericum. Rh. *Tutto di porpora, e seta.*
Holor. Vide, Olor.
Holos, totus: unde compositæ vatid.
Holosathrum, undique quassatum. *Tutto conquassato.*
Holoschœnus, genus junci palustris asperius, calosius. Lex. Phil.
Holosericum, totum sericeum, *Tutto di seta.* Subsericum, non totum, *Mezo seta.* Holosericavestis.
Holosteon, molle gravamen. Holosteum, totum ex ossibus. *Tutto d'osso.*
Holostocalamus, ineptus in sonanda tibia.
Holothuria, inter Zoophyta recensetur, & reperitur inter maris ejectamenta; Holothurius.
Holoveræ, vestes ex toto vero colore, ideſt, purpura totæ, & veræ: Holosericæ etiam dictæ illæ, privatis interdictæ; erant enim sericæ vestimenta tota ex purpura.
Holovĕrum, tinctura serici; & color est, non sericum. Procop.
Holus, holitor, horticola. Isid. gloss. Vide, Olus. sed melius cum h. Aldus.
Homagium, fidelitas, & obedientia juramento astricta, hominium. Lex. J. C.
Homagium, bonum, quod occupat homo, homagium præstare, jurare fidelitatem. Hoc vel obsequiale, vel feudale, vel sociale. Lex. Phil.
Homericia, æqualium cœtus. Homelix, ejusdem ætatis. *Coetanee.*
Homelium, pilei genus. Fest. pro serenis diebus. Lex.
Homer, mensuræ nomen, continens decem ephas. Lex. Philol.
Homerda hominis, Succerda suis, Bucerda bovis, Mucerda muris merda. Lex. Phil.
Homereuma, pignus quod datur in subsidium.
Homeridæ, Homeri imitatores. Homericus, qui est Homeri.
Homerocentra, homerocentrones, homerocentones, carmina vel integra vel dimidiata, ex variis locis decerpta, & veluti manum consuta, ex Homero. Virgilio Centones, ex Virg.
Homeromastix, Homeri flagellum, Zoilus dictus. Virgiliomastix. Ciceromastix. Virg. Cic.
Homicida, p. p. hominis occisor, *Homicidiale.* Homicidium, hominis cædes. *Homicidio.*
Homilia, ipsa actio versandi in cœtu hominum, colloquium. Item, concio in cœtu habita.
Homilia, congressio familiaris, colloquium. Item, concio sacra. Lex.
Homiliatus, affabilis in congressu, & qui scit conversari cum hominibus, *Affabile, trattabile.*
Homilos, cœtus. Unde Homilia.
Hominium, hominatus, hominis servitium. Cathol. Item, pro hominum, antiq. Lip.
Hominium, homagium, ab homo, quatenus significat clientem, seu servum. Vel hominis servitium.
Homo, hominis, antiq. notæ significationis. Enn. *Huomo.*
Homoarithmus, qui ejusdem numeri, *Del medesimo numero.*
Homobomius, cui ara cum alio communis est, *Chi hà il medesimo altare.*
Homocăpi, idem præsepe habentes, *Quelli che mangiano alla medesima mangiatora.*
Homocapni, ad eundem fumum sedentes, focum tenentes, *D'un medesimo foco.*
Homochetæ, Dii qui & in templi ejusdem, & sacrorum venirent participationem. Rh.
Homochronicus, qui eandem participant chronicem, seu idem dimensum, & mensam, *Convitati.*
Homochroa, quæ sunt ejusdem coloris, *Del medesimo colore.*
Homochronia, contemporaneæ.
Homodēmus, qui est ejusdem populi, *Paesano.*
Homodoxus, qui est ejusdem opinionis, *Della medesima opinione.* Homodoxia, consensus in opinione.
Homoduli, conservi. Poll. *Conservi.*
Homœobios, similis victus ratione utens.
Homœocarpos, similes fructus habens.
Homœogenia, generis similitudo. Homœogenes, qui est ejusdem generis, *Della medesima stirpe.*

Homœologia, verba similia, similitudo sermonis.
Homœōmer, a, similitudo partium, ex eis in elementis.
Homœomera, quæ constant partibus similaribus.
Homœon, simile, par.
Homœosis, figura per similitudinem rem explicans. Homœon, cum ex partibus aliqua similitudo colligitur. Fig.
Homœoteleuton, similiter desinens, figura, cum plura verba eodem modo finiuntur.
Homœopathia, similis passio. Rh. Homœopathes, cui similes sunt perturbationes.
Homœostomi, os simile habentes.
Homœopteri, quibus similes pennæ.
Homœoptōta, p. p. similiter cadentia, cum diversæ sententiæ eundem casum habent.
Homœos, similis, par.
Homogalactus, collactaneus, *Lattato insieme*.
Homogambri, qui simul generi sunt unius soceri. *Generi del medesimo suocero*.
Homogastor, uterinus, *Del medesimo ventre*.
Homogenea, quæ habent partes similares, ut elementa: Heterogenea, dissimilares, ut animalia.
Homogenia, communio generis, cognatio.
Homogenes, gentilis, consanguineus. Lex. Phil.
Homoglossus, qui est ejusdem linguæ, *Della medesima lingua*.
Homognomones, ejusdem sententiæ, *Del medesimo parere*.
Homogona, quæ sunt ejusdem generis. Homogoni, *Germani*.
Homogramma, iisdem literis constantia, *Delle medesime lettere*.
Homographa, quæ sunt ejusdem scripturæ, *Della medesima scrittura*.
Homophypni, familiares eodem fumo utentes, contubernales, *Camerate*.
Homolectros, consors ejusdem lecti, consors thori, conjux.
Homologare, approbare, confiteri: unde, Homologia, confessio, consensus. Homologēma, id, de quo convenitur. Homologare arbitrium, ratam habere sententiam arbitrorum, eamque approbare. Rebuf.
Homologatum, arbitrii sententia à partibus acceptata. L. J. C.
Homologia, consensus. Homologi, homodoxi, qui in eadem sunt sententia: homolōgus, colonus, deditivius.
Homologus, eandem rationem, vel eundem sermonem habens. Item, dedicitius. Item, homo ligius, vasallus. Vide, Ligius.
Homomeres, homœomeres, homogeneæ, partes similares.
Homomētor, eadem matre natus. Homoparrius, eodem patre, *Della medesima madre, e padre*.
Homonœa, concordia, consensus. Homonœum, concordiæ templum. Homonœus, concors, convenions.
Homonectica, ad concordiam pertinentia.
Homonecros, simul mortuus, ejusdem conditionis cum mortuis.
Homonyma, p. c. ejusdem nominis, *D'un'istesso nome*, univoca, & æquivoca. Homonymia, una voce multa significatio. Homonymus. Vide.
Homonyma, uninomia, æquivoca.
Homonymus, cognominis, idem nomen habens. Homonymia, una voce cum multa significantur. Synonymia, cum multis vocibus unum significatur. Lex. Philol.
Homonyma, sive Æquivoca, quæ nomine tantùm conveniunt: Synonyma, univoca, quæ nomine, & re. Paronyma, analoga. Arist.
Homopathes, ejusdem passionis, simul patientes.
Homopathia, *Compassione*.
Homophagia, rerum crudarum esus. Cassian. *Mangiare cose crude*. Unde, Homophagi, populi.
Homophōnus, ejusdem vocis, *Della medesima voce*.
Homophorium, Omophorium, pallii genus. Vide.
Homophylus, ejusdem tribus, & generis, *Della medesima contrada*.
Homoplatæ, scapulæ quæ tolluntur in thorace. Lex. med.
Homoplœa, navigationis societas. Homoplous, navigationis socius.
Homopōlis, qui est ejusdem civitatis, *Paesano della medesima Città*.
Homoptōta, homœoptota, eundem casum habentia.
Homorrhithros, qui ex eodem rivo cum alio ducit aquam, *Corrivale*.
Homositus, qui cum alio cibum capit, *Chi mangia con altri*.
Homoscēnus, in eodem tentorio habitans, *Camerata sotto il medesimo padiglione*.
Homospōrus, simul cum alio satus. *Seminato in compagnia*.
Homosticha, in eodem versu locata, *Del medesimo verso*.
Homostorgus, eodem amore prosequens, *Che ama ugualmente*.
Homosyncrasis, similis commixtio. Tertul.
Homotechni, qui sunt ejusdem artis, *Della medesima arte*.
Homotimia, æqualitas honorum; Homotimi, ejusdem honoris participes, *Del medesimo honore*.
Homotitthus, eadem usus nutrice, *Di medesima nutrice*.
Homotœchus, communem habens parietem, *Chi hà il medesimo muro*.
Homotōnus, eundem semper tenorem servans, æquè tensus. Vitr. *Del medesimo tuono*.
Homotrapezi, commensales, ejusdem mensæ participes.
Homotrōphus, simul educatus, *Allevato insieme*.
Homotrōphus, iisdem utens moribus, *Di medesimi costumi*.

Ho-

Homoufius, conſubſtantialis, ejuſdem ſubſtantiæ, *Della medeſima ſoſtanza.*
Homozona, ſigna æqualiter ab æquinoctiis, & ſolſtitiis diſtantia. Scal. ad Man.
Homuncio, homunculus, homulus, homullus, parvus homo. *Huomicino, huometto.*
Honorificabilitudinitatibus Hermes gaudet, dixit Fabius irridendi gratiâ longas dictiones. Alciat.
Honeſto, as, honoro, decoro, honore afficio, *honorare.*
Honeſtamentum, Apul. honeſtitudo, honeſtas, antiq. Honeſtas, honeſtum, dignitas, honeſtè.
Honeſtas publicæ juſtitiæ, conſtitutiones Eccleſiæ factæ propter honeſtatem publicam. L. J. C.
Honor, honos, decus; honorcŭlus, parvus honor.
Honor, Dei ſacrum. Virg.
Honoraria pœna, quam Prætor introducit. Honorarium jus, Prætorium: honorarius arbiter, à Prætore datus, &c. L. i. c.
Honorarii ludi, facti in honorem alicujus, Liberalia. Honorarii tutores, ludi, tumuli. Lex. i. c.
Honorarium, munus, quod honoris gratiâ in aliquem conferebatur, ut olim à Decurionibus Conſulibus in provinciis, & Rectoribus provinciarum advenientibus; merces data Juris conſultis, medico, aliiſque loco beneficii. Jun. *Preſento d' una Città à un Principe, ò donativo.*
Honorāti, qui Palatinam dignitatem habent, adminiſtratione abſtinent. Alciat.
Honorāti, qui dignitatibus erant prædiți: contra Plebeji. Salm.
Honoripĕta, honores appetens, ambitioſus. Apul. *Ambitioſo.*
Honorificum, honorem conferens. Honorificè: honorifer. Tertul. honorem gerens.
Honoro, honeſto, honoribus afficio. Honorare: honorus, decorus, honorificus, *Honorato.* Contra, Inhonorus, inglorius, *Diſonorato.*
Honos malus, injuria, antiq. honos, honor. Honoroſus, pluſquam honoratus. Iſid.
Honuſtus, onuſtus, ab honore, quaſi honore oneratus. Serv.
Hopia, veneni genus, quod ex inciſis capitibus papaverum, ſucco expreſſo, conficitur. Lex. i. c.
Hopiſthophylăces, qui in prœliis terga cuſtodiunt, *Retroguardia.*
Hopiſthotonus. Vide Opiſthotonus, &c.
Hoplitagōgæ, naves milites armatos vehentes.
Hoplites, armatus graviter, miles cataphractus, *Soldato tutto armato, corazzato.*
Hopliticus, ad militem gravis armaturæ pertinens.
Hoplitides, ſtatuæ fœminarum armatæ, *Statue di donne armate.*
Hoplitodromi, p. c. qui armati in curſu cum aliquo certant, *Soldati armati che combattono in corſo.*
Hoplitopăles, qui armatus luctatur. *Chi lotta armato.*
Hoplitopoĕus, homines ad capienda arma impellens.
Hoplochriſma, arma aurea.
Hoplomachus, p. c. bellator armatus ſcuto potiſſimùm, *Soldato tutto armato.* Hoplomachia. *Battaglia di huomini d'arme.*
Hoplophōrus, armiger, *Chi porta arme.*
Hoploplya, Pyrrhica ſaltatio, *Moreſcha.* Dalech.
Hoploſcopia, armorum inſpectio, *Riviſta delle armi.*
Hora, diei, & anni pars. Item, juventutis Dea. Item, tempus, in cujus medio oritur Canicula, XI. dierum, inde ſequitur Opōra. Vide.
Horarium, unius horæ. *D'un hora.* Item, inſtrumentum quodvis diei horas deprehendens, horologium.
Horæum mel, æſtivum, tempeſtivum, & cæteri fructus fugaces æſtate collecti. Item, ſalſamentum è pelamide. Horæus, a, um, tempeſtivus: hora, tempeſtivitas.
Horæa poma, ad horam quaſi durantia, fugacia, vel ita dicta ab æſtate, & à pulchritudine.
Horæſmus, decoratio ad venuſtatem formæ oſtentandam.
Horcena, ſepta ſpinis communita. Rh. *Serraglio di ſpine.*
Horcinus, thymnus grandior. Cete, maximus. Rh. Item, Ircinus. Vide.
Horciſmus, juramenti exactio, & obſtrictio, *Obligazione del giuramento.*
Horcius, Jupiter dictus, quòd juramento adhibeatur. Horcus, juramentum, *Giuramento.*
Horcomoſia, ſacrificia, in quibus fiebant fœdera.
Horcomotes, juramento aſtrictus, *Obligato con giuramento.*
Horcotæ, legati qui ad exigendum jusjurandum mittuntur.
Horctum, Forctum, pro bono dicebant. Feſt. Horctos, incluſus, munitus, fortis. Lex. Phil. unde Hortus.
Horctum, forctum, bonum antiqui dixere. Feſt.
Horcus. Vide, Orcus: horcinus, orcinus.
Horda, forda, vacca prægnans. Taura, ſterilis Ter. Var. unde, Hordicidia, dies, quo hoſtiæ gravidæ immolatæ. Feſt.
Hordales dies, hordicidia. Vide Horda.
Hordearium, æs, quod pro hordeo equiti perſolvebatur. Feſt. Hordeaceum, ex hordeo. *D'orzo.* Hordearius, hordeo vivens. *Chi vive d'orzo.* Hordeacia, hordeorum fuſiones. Lex. Phil.
Hordearius Rhetor, inflatus, ſordidus, Ciceroni; gracilis, & ſtrigoſus. Suet. Caſaub.
Hordeatio, morbus equorum. Poll.
Hordeja, genus piſcis.
Hordeolus, crithe, apoſtema naſcens in extremitate palpebræ, *Orzajola.* Lex. med.
Hordeum, frux nota. *Orzo.* Hordeum diſtichum Poly-

Polydiſtichum, duos, vel plures ordines habens.
Hordica, hordicida, hordicalia, ſacra, quibus hoſtiæ, ideſt, prægnantes immolabantur.
Horectica, medicamenta, quæ faſtidium auferunt. Lex.med.
Hori, annales. Horus, annus, quia horas continet.
Horia. Vide, Oria, maturitas, vetuſtas.
Horia, horiŏla, navicula piſcatoria. Plaut. Item, ſtellarum fines. Rh. Oria. Bayf.
Horiſmus, figura, cum definimus aliquam rem noſtræ cauſæ ad utilitatem, nec contra opinionem.
Horipetæ, qui petunt horas.
Horitator, pro, hortator. Enn. ſicut. Induperator, pro, Imperator.
Horiſtes, finitor agrorum, menſor, qui limites agrorum conſtituit, *Agrimenſore*.
Horizon, ontis, circulus finitor, & terminans viſum in ſpherâ.
Hormeſium, gemma igneo colore auro radians. Plin.
Hormeterium, incitamentum. Item, locus, è quo prodimus ad bellum inferendum, & ad quem perfugium habemus, *Piazza d'arme*.
Hormetica, incitandi vim habentia. Horme, impetus, incitatio.
Horminodes, gemma habens circulum aurei coloris.
Horminum, herba folio marrubii, *Salvia ſraſmarina*. Dioſ.
Hormos, monile, corrigia calceamentorum. Hormiſcus, diminut.
Hormŭla, ſtatua ſine manibus. Iſid. Gloſſ.
Hormus, impetus, Epheborum ſaltatio. Rh. Apud.
Hornò, adv. hoc anno, *Di queſt'anno*. Horno curari, ideſt, frugibus, & vino hujus anni. Turn. Lucil.
Hornotĭna, Annotina, hujus, vel unius anni. Hornus, horna, hornum, annuus proventus. L.J.C.
Hornus, a, um, hujus anni. Hornotinum, *Di queſt'anno*. Horno, hoc anno.
Horographus, qui res geſtas deſcribit per quatuor anni tempora, vel Annalium ſcriptor.
Horologium, horarium, horarum ratio, inſtrumentum, quo horæ deſignantur; dictum & ſciatericum, ſolarium, *Horologio*. Horologetes, horas nuncians, horarum index. Horologicus, qui in horologiis colligit horas, vel pertinens ad horologium. Cath.
Horomonicum vas, clepſydra. Rh. Horomonium horologium.
Horos, terminus, finis cujuſque rei. Unde, Ora, finis, extremitas.
Horoſcopium, inſtrumentum ad horas indagandas. Item, ad natalem horam notandam. Horoſcopia, conſideratio, notatio horarum, & natalis.
Horoſcopus, p.c. omne id, quo horæ notantur: *Amalthea Onomaſt.* apud Aſtrologos, aſpectus planetarum in ortu cujuſque, dictus Aſcendens. Horoſcopans, ſignum. Horoſcŏpa vaſa, in quibus horæ monſtrantur. Item, qui hæc notat.
Horoſcŏpo, as, horoſcopum facio. Unde, Signa horoſcopantia. Manil.
Horothetes, finitor, finium deſignator. Tertul.
Horrea, æ, horreum, antiq. Non. Horrearius, cuſtos horrei, *Guardiano del granaio*.
Horrentia, abhorrentia, horror. Tertul. *Horrore*.
Horreum, ubi demeſſæ fruges reponuntur, ab Hordeo: granarium, à grano: farreum, à farreo: horreum penſile. Jun. *Granaio*. Horreolum, parvum granarium, *Granaietto*. Item, Cimeliarchium. Vide.
Horreo, horreſco, horridus fio, frigeo, vel paveo, *Haver'horrore*, e *freddo*. Horridulus, aliquantùm horridus. Horrificus, ab Horrifico, as, horrifer, horriſŏnus, horricŏmus. Horret, corpus: Trepidat, animus. Fronto.
Horreum, repoſitorium rerum diverſarum uſui humano deſtinatarum. Item, ubi reconditur hordeum, & frumentum.
Horricomus, horrentes comas habens. Apul.
Horrĭdum, deſpicabile. Horrendum, admirandum. Horridus, horribile. Horridum, religioſum.
Horripĭlo, erectos habeo pilos: horripilant genæ, cum horridioribus pilis denſantur. Apul.
Horripilatur, horret. Iſid. Gloſſ. Horripilatio, quando pili capitis præ horrore eriguntur. Cath. Horror.
Horror, tremor. Vide, Horreo, horridus, horridè, horriditas. Horridŭlus, aliquantùm horridus, horribilis.
Horſum, verſus hunc locum, *Verſo quà*.
Hortat, contemplat: hortatur, contemplatur. Plaut. Hortatus, us, hortamen, hortamentum, celeuſma, hortatio, *Eſſortatione*. Symm. Vide, Hortor, hortativus, hortationi aptus.
Hortenſe gingiber, pulegium, Martis herba, *Dittamo*.
Hortenſi in lyra, in areola horti.
Hortenſis, hortenſius, quidquid in hortis naſcitur. Hortenſe, ad hortum ſpectans, *Che naſce nell'horto*.
Horti heſperidum, in obſcœnis. Palm.
Hortilo, onis, horti cuſtos. Iſid. Gloſſ. *Hortolano*.
Horti penſiles, ſupra ædificia, & columnas erecti, Adonidis, imaginarii.
Horticolæ, horti habitatores. Pap. *Hortolani*.
Hortor, aris, voce ad agendum incito, *Eſſortare*.
Hortulanus, olitor, *Hortolano*. Hortulana, avis, nos, *Hortolano*.
Hortulus, parvus hortus, *Horticello*. Hortus irriguus, &c.
Hortus, i, locus conſitus arboribus, & oleribus, olim villa, *Horto*. Item, in obſcœnis. Lipſ. quaſi Horctus, munitus. Vide, Horctum.
Horula, parva hora, *Horina*.
Horunc, horunce, pro horum. Plaut.

Horus, qui primus horas adinvenit. Cath.
Horuſpex, horuſpicus, qui horas inſpicit. Cath. *Chiguarda l'hore.*
Hoſa, caliga ſolubilis corrigiis retenta; Vuarnefridus.
Hoſanna, ſalutem affer, acclamatio Hebraica. Lex. Phil. Vide, Oſanna.
Hoſii, Pontifices Delphis. Hoſiter, qui hoſtiam immolabat. Aphetor, qui edebat oraculum. Alex. ab Alex.
Hoſnum, lignum. Sup. *Legno.*
Hoſpes, tam qui excipit, quàm qui excipitur hoſpitio, peregrinus, *Albergatore, foraſtiero.*
Hoſpita, quæ hoſpitio excipit, aut excipitur, *Hoſtiera.* Item, peregrina, *Foraſtiera.* Hoſpitus, peregrinus.
Hoſpicatur, ſuſpicatur. Diom.
Hoſpitāle, hoſpitium, domus gratis excipiens hoſpites, *Hoſpizio, alloggio.* Hoſpitiolum, parvum hoſpitium, *Hoſpizietto.*
Hoſpitale, quod eſt hoſpitis, ſeu ad hoſpitem ſpectans.
Hoſpitalitas, benignitas in excipiendis hoſpitibus, *Hoſpitalità.* Hoſpitaliter, adv.
Hoſpitatura, hoſpitis recipiendi cura. L. J. C.
Hoſpiticida, qui occidit hoſpites. Hoſpitarius, hoſpitaria, cuſtos hoſpitii. Hoſpitalarius. Cath. *Spedaliere.* Hoſpitabilis, qui libenter hoſpitatur.
Hoſpitium, domus gratis excipiens hoſpites, *Hoſpizio, alloggio.*
Hoſpitiolum, parvum hoſpitium, *Alloggiamento picciolo.*
Hoſpitor, āris, amicè in hoſpitium excipio, *Alloggiare.*
Hoſſimi, Arrhines, ſine naribus, ſimi. Lex. Phil.
Hoſtem, hoſpitem, inimicum perduellem dictum antiq. Enn.
Hoſtenditiæ, adjutorium datum à vaſallis dominis euntibus contra hoſtes. Lex. i. c. Vide, Oſtenditiæ.
Hoſtia, ſacrificium factum ab iis, qui in hoſtem pergunt; victimæ poſt victoriam: ſed confunduntur. Serv. *Hoſtia, vittima.*
Hoſtiarium, lignum æquatorium, quo ſextarius æquatur. Gloſſ. A. L. Hoſtorium, meliùs, *Randa.*
Hoſtiātus, hoſtiis, ſive ſacrificiis onuſtus.
Hoſtica pax, inimica, hoſtilis, *Pace inimica.*
Hoſticāpa, hoſtium captor. Hoſticinda. Cath.
Hoſticīda, qui hoſtem occidit, *Ammazzatore dell'inimico.*
Hoſticolum, hoſticum, hoſtium locus. Gloſſ. Hoſticolus, habitans inter hoſtes, *Chi habita frà gl'inimici.*
Hoſticus, hoſtilis, pertinens ad hoſtem, *Da inimico.* Hoſtiliter, in morem hoſtium, *Da inimico.*
Hoſtilii, Lares dicti, quòd ab iis arceri putabantur hoſtes.
Hoſtimentum, æquamentum, compenſatio beneficii, *Agguaglamento.* Feſt. Enn. lapis, quo exæquantur pondera. Pap.

Hoſtilitas, inimicitia.
Hoſtio, is, æquum reddo, compenſo, *Compenſare.* Item, ferro offendo, retundo. Pac. Non.
Hoſtita, æquata, *Paraggiate.*
Hoſtire, recedere, defendere, æqua reddere.
Hoſtis, adverſarius, cum quo publicè bellum geritur, *Inimico.* Item, peregrinus, olim hoſpes. Cerda.
Hoſtitor, janitor, portitor. Iſid. Gloſſ. *Portinaro.*
Hoſtorium, radius; lignum, ſive radius, quo æquatur frumentum in modio, *Randa, è baſtone da radere il grano.*
Hoſtus, menſura in re olearia, tantum olei, quantum ex uno facto conficitur. Factus, quod uno tempore conficitur. Varro. Vide, Factus olei.

H S

Hs, numiſmatis typus. Jun. ſeſtertius.

H U

Hu, olfacientis geſtus.
Huber, fœcundus, *Fruttifero.* Huber, ris, mamma, *Teta.* Hubertas, abundantia. Hubertim, abundanter. Huberiùs, huberrimè. Hubero, as, fœcundum facio, *Far fecondo, efertile.* Huberare, exhuberare, fœcundum eſſe.
Hubertus, abundans, *Abbondante, fertile.* Gell.
Hubiola, lupulus ſalictarius, vox Germ. Lex. Philol.
Huccine? hucne? Hujuſce, hujuſmodi, hujuſcemodi.
Hudum, ſudum, quaſi humidum, *Humido.*
Hui, interjectio admirantis.
Hulcus. Vide, Ulcus, Ulcuſculum; meliùs cum H. Aldus, *Piaga.*
Humanitas, benignitas. Humanus, benignus. Humanè, humaniter, humanitùs, *Benignamente.* Item, ſtudium bonarum litterarum, Pœdia. Vide.
Hulula. Vide, Ulula.
Humanitas, philanthropia, *Corteſia.* Item, cibus, potuſque humanitati ſufficiens. Cod. ll. antiq. Item, pedia, philologia, *Belle lettere.*
Humanitùs, humano more, humaniter.
Humano, as, humanitate induo. Humanatio, incarnatio.
Humanus, benignus: humanè, humaniter, humano modo, *Corteſemente.*
Humarium, ſacrificii genus.
Humatio, ſepultura.
Humator, ſepultor.
Humecto, humidum facio, *Bagnare.* Humectus, humidus, *Humido.* Humectè, adv. Var. *Humidamente.* Humectiſſimus. Macr. *Bagnatiſſimo.* Humens umbra, aurora.
Humeo, es, humidus ſo, humeſco, *Inhumidirſi, bagnarſi.* Humectum.
Humerale, humerorum tegmen; Ephod. Humeros ſus, altos habens humeros, *Alto diſpalle.*
Humerāle, arma, quibus humeri teguntur. L. i. c.
Humĕrus, ri, pars, à qua pendent brachia, *Spalla.*

Hu-

Humi, in humo, ſuper humum.
Humidum, quod extrinſecùs habet aliquid humoris. Vuidum, intrinſecùs. Serv. *Humido*.
Humifer, humificus, humectans, *Che bagna*. Humigare, humectare, humidare: humidulus: humido, as, irrigo, *Bagnare*. Sup. Humidum.
Humicuba, p.c. ſcortum, *Meretrice*. Humicubatio, actus humi cubandi.
Humicubæ, ſacerdotes humi cubantes ad Deorum reſponſa accipienda. Cerda.
Humilio, as, humilem facio. Humilitas, humiliter: humilis, humile, abjectum, *Vile*.
Humilis, brevis, non altus, abjectus, contempus.
Humiliudo, humiliatio. Sup. Humilitas, *Humiliatione*.
Humipes, ſponſa dicta, quòd thedâ non veheretur. Poll.
Humipĕta, humanum petens. Bud.
Humo, as, ſepelio, humo contego, *Sepellire*, *ſotterrare*.
Humor, ōris, aqua, *Humore*.
Humorōſus, humidus. Innoc. *Humoroſo*.
Humu, humo, antiq. Varro. Humus, terra humida. Humicŭba, ſcortum. Humiſtrata, recubitoria, ſcamna convivalia. Poll. Humicubatio, *Dormir' in terra*.
Hurpices, Urpices. Vide, Irpices.
Huſo, piſcis. Lex. Phil.

H Y

Hyacinthus, flos notus. Vacinium, Latinis. Item, lapis pretioſus, gemma cærulei coloris. Item, pars domus, ubi hyematur.
Hyacinthia, orum, feſta nocturna in honorem Hyacinthi. Hyacinthinus, p.c. color purpureus. Hyacinthizon, lapis Indicus hyacinthum referens. Iſid.
Hyades, ſtellæ ſeptem in capite, aut fronte tauri. Succŭlæ, quòd ſint pluviæ, & ſucco, ſeu pluvia plenæ.
Hyæna, animal ferum ſermonem humanum ſimulans, lupo perſimilis.
Hyænia, gemma ex oculis Hyænæ. Plin.
Hyalus, p.c. vitrum, & color viridis vitreus.
Hyalurgus, vitrearius, *Vetraro*. Hyalinus, color varius, & vitreus.
Hyalothēca, officina vitrearia, *Bottega de vetri*.
Hyaloides, humor oculi medius vitreus, hyalinus dictus. Lex. med.
Hyaloma, p.p. vitium in oculis equorum.
Hyalon, adeps ſuillus. Onom. med.
Hyanche, angina porcina, qua infeſtantur ſues. Item, cum tumor exteriores partes faucium occupat.
Hyantea aqua, Hyppocrenea. Turn.
Hyas. Vide, Hyades.
Hyatuli, hiatuli, ſynodontes, quorum venter in ore eſt, quod accidit laborantibus extremâ fame. Lex. med.
Hyberna, hybernacula, caſtra hyberna, ubi milites, & familiares hyberno tempore commorantur, *Guarnigione*, *luoghi da ſvernare*.
Hybernare, hyberno tempore commorari, *Invernare*. Hybernum, ad hyemem ſpectans, *All' inverno*.
Hybi, Cyrti, gibbi, quorum ſigna extrorſum: cyphi, *Lordi*. Introrſum regibbi: ſcolioſi, cum ſpina in obliquum vertitur, obliqui, *Gobbi*, Manar.
Hyblæum, ab Hybla urbe Siciliæ.
Hyboma, curvatura, gibboſitas, *Gobba*. Lex. med. Hybos, qui collum habet obtortum. Onom. med. Hyboſis, talis morbus, *Gobba*.
Hybridæ, quos adulteria gignunt, & inceſtus.
Hybris, Hybrida, Ibrida, contumelioſa injuria; ſus, & canis è diverſo parente prognatus, fero, & domeſtico. Item, avis nocturna pugnans cum aquila, *Nato di ſalvatico, e domeſtico*. Item, qui natus è cive, & peregrino.
Hybris, contumelia; unde, Hybridæ, quaſi per contumeliam nati.
Hybryſtes, conviciator, *Calunniatore*.
Hybriſticus, pronus ad injuriam faciendam, *Inclinato à far'ingiuria*. Hybriſtica, feſta Argivarum mulierum in maritos irruentium contumeliosè.
Hybriſtodicæ, qui criminum reos in judicium protrahere nollent:
Hycea, piſcis. Athen. Lex. Phil.
Hychthya, chirurgicum inſtrumentum evellendis ex utero embryis. Rh.
Hydaticon ſignum, indicium futuræ pluviæ. Hydaticum, ad aquam pertinens.
Hydatides, hydatidæ, veſicæ aquâ plenæ, & humiditates circa corpora unctuoſa, & viſcoſa adnaſcentes. Lex. med.
Hydatiſmus, ſonus veluti aquæ incluſæ.
Hydatochŏla, excrementa permixta bile aquoſa.
Hydatochroa, aqueo colore prædita, *Acquarella*, *colore*.
Hydatōdes, vinum, quod multa aqua dilui poteſt. Lex. med. aut reverà dilutum, *Acquarello*.
Hydatotrŏphus, aquâ nutritus, *Nodrito d'acqua*.
Hydera, pro Hydra, natrix. Turn.
Hyderĭca, corpora plurimo aqueo humore referta.
Hyderĭci, hydropici, utricularii. Lex. med.
Hyderos, hydros, aqua intercus, Hydropiſis ſpecies aqueæ: Anaſarca dicitur. Lex. med.
Hydor, aqua, mare, *Acqua*. Unde compoſita.
Hydra, hydrus, ſerpens aqueus. Item, Lernæa multorum capitum, ab Hercule domita.
Hydragiologia, tractatus de aqua benedictâ: hydragiologus, de eâ tractans.
Hydragōga, medicamenta, quaſi Aquagia, aquam intercutem educentia utricularibus, & hydropibus. Lex. med.
Hydragogium, aquagium, aquæductus.
Hydragōgus, p.p. aquagius, cui aquæ advehendæ cura demandata.
Hydrargyrum, argentum aqueum, vivum, aquæ modo fluens.

Hydraulax, ſulcus aquarius, *Solco d'acqua*.
Hydraulæ, machinæ, quæ vi aquæ, non hominum calcaturâ verſantur. Philand. Vitr.
Hydraules, hydraula, qui hydraulico organo canit, ac tibiis aquæ immerſis; hydraulicum organum Item, artifex hujus inſtrumenti.
Hydraulica, Pneumetica.
Hydraulum, organum aqueum. Item, inſtrumentum extrahendæ aquæ è profundo: machina aquam per fiſtulas educens, *Trombe di pozzi per trar acque*. Hydrauliticæ machinæ.
Hydrelæum, compoſitio ex aqua, & oleo: oleum dilutum. Lex. med.
Hydremplaſtrum, liquidum, fluidum emplaſtrum, *Empiaſtro liquido*.
Hydrenterocele, herniæ ſpecies, compoſita ex humore aqueo, cum deſcendit in ſcrotum unà cum inteſtino aquoſus humor. Lex. med.
Hydria, urna ad capiendam aquam, *Vrna di acqua*. Hydriaphorus, qui hydriam geſtat.
Hydrinus, p.p. ab hydra ſerpente, ſerpentinus. Prud. *Di Serpente*.
Hydroa, papulæ æſtivę ex ſudore. Interrigines, in pudendis, *Riſcaldamento, ſobbollito*.
Hydrobaphes, veſtis muliebris aquatilis, ſive coloris aquæ. Poll. Tiraq.
Hydrocēle, p.p. hernia aquoſa circa alterutrum teſtem. Hydrocelicus, hoc morbo laborans.
Hydrocephalea, affectio infantilis, humore aquoſo in capite concepto. Rh. Item, dolor capitis ex aqueo humore.
Hydrocephalum, tumor capitis aquoſus. Lex.
Hydrocephalus, dolor capitis, aut tumor magnus ex aquoſo humore, aut ſanguine aqueo proveniens. Lex. med.
Hydrochoon, Aquarius, Urniger, Nimbifer, ſignum cœleſte, *Acquario*.
Hydrodŏcos, aquam excipiens, *Che riceve, e tiene acqua*.
Hydrogarum, garum ex aqua. Lampr. Hydrogarata, hyſticia, omentata, Apitii conditura, *Guazzetti*.
Hydrognomones, aquarum reperiendarum periti. Rh. Hydrophantæ.
Hydrographia, aquæ deſcriptio. Geographia, terræ. Coſmographia, mundi.
Hydrolapathum, p.c. lapathum aquaticum.
Hydromantia, per aquam divinatio. Hydromantes, hydromantici, divinatores per aquæ inſpectionem.
Hydromĕli, p.c. aqua mulſa, ſeu mellita, *Acqua melata*.
Hydromēlum, p.p. potionis genus è malis cotoneis, à Græcis dictæ, Mela.
Hydromyla, hydromylus, molendinum, ſeu mola aquaria. Jun. *Molino à acqua*.
Hydromphălum, ſupervacui humoris circa umbilicum collectio. Hydromphălus, hoc morbo laborans.
Hydromyſtes, qui aquæ luſtrali in veſtibulo templi præfectus ineuntes aſpergebat. Buleng.
Hydroparaſtatæ, qui aquam pro vino ad communionem exhibebant; Aquarii. Lex. J.C.
Hydrophanta, qui aliquo loco latentes aquas deprehendit. Hydrophantica, ars hujuſmodi.
Hydrophōbus, qui aquam timet. Hydrophobici, morſi à cane rabido, ita dicti, quòd aquam horreant. Hydrophobia, morbus, in quo æger ſiti, & aquæ metu cruciatur. Onom. med.
Hydrophoria, aquæ geſtatio; Athenis feſtum lugubre, in memoriam eorum inſtitutum, qui diluvio periiſſent.
Hydrophŏrus, qui aquam portat, *Portar'acqua*. Suid.
Hydrophylăces, aquarii, aquarum cuſtodes, & aquæductuum. Steuvech.
Hydropici, hyderici, utricularii, quibus venter aquâ intercute turgeſcit. Hydropiſis, morbus. Hydropico, as, hydropicus fio.
Hydropiper, piper aquaticum, herba paluſtris, *Hidropepe*. H.P. perſicaria.
Hydropoſia, aquæ potus. Hydropōtæ, p.p. aquæ potores, *Bevitori d'acqua*.
Hydropiſis, hydros, aqua intercus, *Hidropiſia*. Jun. Hidropicus, hoc morbo laborans.
Hydrorrhœa, canalis, per quem aqua pluvialis decurrit, *Canal d'acqua piovana*.
Hydrorosāta, aqua roſata, *Acqua roſa*. Item, medicamenta Syrupi, quòd in eorum confectione primùm aqua roſata adhibita fuerit. Turn.
Hydrorrhodinum, aqua roſata, *Acqua roſa*.
Hydros, ſerpens in aquis degens.
Hydroſelĭnum, p. p. apium paluſtre, *Apio acquatico*.
Hydroſcŏpus, aquarum ſpeculator, & ubi ex lateant.
Hydroſcopĭca, libri docentes, ubi, & quomodo aqua inveſtigari poſſit.
Hydroſponda, ſacra quædam, in quibus aquâ fiebant libationes.
Hydroſtăſis, palus parva. Rh.
Hydrotheca, locus ad ſervandam aquam, *Conſerva d'acqua*.
Hydrotica, hydroterica, ſudorifica medicamenta. Onom. med. Item, medicinæ pars ſudatoria, ſudorifica, ſudores provocans.
Hydrenteroecĕle, p.p. herniæ ſpecies, cum inteſtina cum aquâ in ſcrotum deſcendunt.
Hydrus, anguis mas in aquâ degens. Hydra, fœmina, *Serpente d'acqua*.
Hyelos, hyalos, vitrum. Hyelurgos, hyelurgia. Vide. Hyalurgos, vitrearius. Hyelinus, vitreus.
Hyemāle, hybernale, ad hyemem pertinens. Hybernatio, hyematio, traductio hyemis, *Il paſſar l'inverno*.
Hyĕmo, as, p. c. hyemem perago, *Invernare*. Item, affligi incommodo hyemis, *Patir l'inverno*.
Hyems, pars anni frigidiſſima, *Inverno*. Sed meliùs ſcribitur, Hiems. Aldus. Hyemicŭla, parva hyems. Cath.

Hye.

Hyena, fatuitas. Rh.
Hyetium, pluviam portans, *Chi porta pioggia*.
Hyetos, pluvia. Hyetomantis, cornix pluviam prænuncians futuram, *Chi pronostica pioggia*.
Hygeja, Hygia, sanitas. Hygiea, Dea sanitatis.
Hygieina, medicamenta tuendæ valetudinis vim habentia. Tiraq.
Hygiasticon, de valetudine tractatus.
Hygejasticum, seu Hygiasticum, sanandi vim habens, *Chi sana*.
Hygiēnus, qui sanitatis tuendæ artem callet. Rh. Hygiena, pars medicinæ, cui sanitatis cura incumbit.
Hygrasia, humiditas, humor, *Humidità*.
Hygrasticus, madidandi potens. Rh. *Chi fà humettare*.
Hygremplastrum, emplastrum liquidum, non siccum. Tiraq. Xerium, constat è siccis.
Hygrobius, in locis humidis vivens, *Chi habita in luoghi humidi*.
Hygrocēle, hernia aquosa, seu ramex aquosus.
Hygrocœlus, qui est alvo fluentiori, *Chi hà il ventre liquido*.
Hygrocollyria, liquida collyria. Tiraq.
Hygrocephălus, capitis humore abundans, *Chi hà la testa humida*.
Hygrocirsocele, aquosus, & varicosus ramex, & dilatatio vasorum testes nutrientium, & collectio humoris in scroto. Lex. med.
Hygromyron, compositio unguenti humidi odorati. Hygromyra, liquida unguenta. Onom. med. *Unguenti liquidi*.
Hygron, humor. Hygri, lascivi. Onom. med.
Hygrophthalmus, cui oculi fluunt, *Ch'hà lagrimano gl'occhi*.
Hygrosarcus, qui carnem habet humidam, *Di carne humida*.
Hylactor, hylax, canis à latratu dictus. Hylactĭcus, ad latrandum pronus.
Hylagogia, lignorum portatio. Hylagōgus, qui ligna vehit, *Portatore di legna*.
Hyle, sylva, materia, fœces cibi concocti.
Hylecinēsis, materiæ motus, & mutatio.
Hylecœtus, cubile habens in sylvis, *Habitatore di selve*.
Hylemata, frutices, & stirpes humiliores. Theoph.
Hyleurgus, lignorum faber. Hyleurgia, ars. Hylens, sylvaticus. Item, Hylicum, materiale. Tertul.
Hylocŏpus, Calocŏpus, ligni sector, *Schiappacicchi*.
Hylopura, pandura lignea. Buleng.
Hylophăgus, qui sylvas depascitur, *Chi pascola le selve*.
Hylophŏrus, ligna portans, *Porta legne*.
Hylomănes, insano sylvarum amore captus, *Chi grandemente si dilessa di selve*.
Hylotŏmus, qui arbores in sylvis cædit. *Taglialegne*.

Analibea Onomast.

Hylurgus, faber lignarius, *Legnajolo*. Hylurgia, ars lignaria.
Hymen, virginale claustrum, seu pellicula. Item, carmen nuptiale.
Hymenæus, Deus nuptiarum, & carmen nuptiale, quod sponsis accinitur. Item, ipsæ nuptiæ.
Hymēnon, epanastases, membranarum rebelliones, vel insurrectiones, oculorum morbus. Gal. Manar.
Hymenopteros, alas membranaceas habens. Hymeninus, membranaceus.
Hymnagōras, qui carmina pangit, *Chi compone versi*.
Hymnēsis, celebratio facta hymnis, laudum decantatio, *Lodi cantate*.
Hymnicănus, hymnidĭcus, hymnigrăphus, hymnilŏquus, qui canit, dicit, scribit, loquitur hymnos.
Hymnides, hennides, Nymphæ pratorum. Festus.
Hymnĭfer, qui fert hymnos.
Hymnio, is, hymnizo, as, cano hymnos, *Cantar hinni*.
Hymnista, qui cantat hymnos. *Cantor d'hinni*.
Hymnodia, hymnorum cantus. Hymnōdus, qui cantat hymnos. Hymnologia, Hymnologus.
Hymnogrăphus, hymnorum scriptor. Hymnŭlus, parvus hymnus.
Hymnologia catholica, symbolum. Gavant.
Hymnus, cantus in laudem alicujus. Hymnus Angelicus, Gloria in excelsis.
Hyn, hebraicè, una certa mensura, sextarius. Cath.
Hyomusia, porcinus cantus, seu grunnitus, insciția.
Hyoides, hæpsiloïdes, os capiti gutturis incumbens, rectum. Lex. med.
Hyophtalmus, aster Atticus. Item, gemmæ species. Gorr.
Hyoscămus, faba porcina, herba, *Dente cavallino, jusquiano*, Apollinaris herba venenata. H.P.
Hyoscyamĭnum oleum, ex eo confectum.
Hyoseris, herba intubo similis, sed minor, & asperior. Plin. Seris, intubi genus.
Hypactica, ventrem subducentia, *Che muovono il ventre*. Tiraq.
Hypæpus, hymnus in honorem Apollinis. Vide Philelias.
Hypæthræ, deambulationes subdiales. Hypæthrum, subdiale, locus cœlo patens, expositus, sine tecto, *Loggia scoperta*.
Hypæthria, quæ sunt sub dio: hypæthrium, locus sub dio, *Alla scoperta*.
Hypagoge, subductio, quæ fit, cum receptui canitur.
Hypagōga, medicamenta lenientia, fæces ex intestinis educentia.
Hypagogeus, instrumentum, quo lapides expoliuntur.
Hypagum. Vide, Hyppagum.
Hypagus, navigii genus.

Hypaliptum, medicamentum omne quo id illini poteſt.
Hypaliptrum, inſtrumentum, quo id illinitur. Gorr.
Hypallăge, p. c. permutatio, figura, cum verba per contraria intelliguntur.
Hypallagma, commutatio ſubſidiaria.
Hypancalius, puer, qui in ulnis geſtatur, & gremio.
Hypanconia, quæ cubito ſupponuntur, *Coſe ſotto il gomito.*
Hypandros, viro ſubjectus. *Sottopoſto à huomo.*
Hypante, hypapante, feſtum occurſus Purificationis in Eccleſiâ occidentali. Lex. g. b. Vide, Hypapante.
Hypantri, qui in ſpeluncis habitant, *Habitatori di ſpelonche.*
Hypapante, occurſus, feſtum occurſus, quod in Eccleſiâ occidentali Purificationis appellatur, cùm Simeon & Anna eo die Domino obviarunt, cùm præſentaretur in templo. Hypante, Hypanante. Meurſ. Lex. Phil.
Hyparchus, præſes, præfectus. Hyparchia, præfectura.
Hyparnos, ovis, quæ ſub ſe agnum habet, *Pecora, che hà ſotto l'agnello.*
Hypargyros, ſubargenteus, in quo argentum mixtum eſt.
Hypaſpiſtæ, cornicularii, officiales, qui præſunt cornibus, ſecretarii. Lex. J. C. Caſſiod.
Hypate, ſuprema chorda, cui opponitur nete. Vide.
Hypatepypaton, præcipua præcipuarum chorda in muſicâ, gravem reddens ſonum, A. re. Parhypate, apud præcipuam, C. fa. ut. Zarlin.
Hypăton meſon, præcipua mediarum, F. fa, ut. Zarlin.
Hypatus, Conſul, princeps. Hypatia, conſulatus.
Hypatīa, nummi conſulis in initio magiſtratus donati. Lex. b. Buleng. miſſilia Coſſ. Imperatorum verò, Rogadicta.
Hypatitis, jecoraria vena. Onom. med. meliùs Hepatitis.
Hypatus, a, um, ſummus, a, um. Hypate, chorda in inſtrumento gravem ſonum edens, Saturno attributa. Lex. Phil.
Hypeccaumata, ignium nutrimenta, fomites ad ſuccendendum ignem. Rh.
Hypeccauſtria, ſacerdos Palladis, malis averruncandis operans. Rh.
Hypeccleſion, qui Imperatoris partes in Eccleſiaſticis rebus obibat. Buleng.
Hypecon, herba paluſtris. H. P.
Hypecoum, herba venenata naſcens in ſegetibus.
Hypelata, purgationes pituitam elicientes. Catoterica, dejectoria medicamenta.
Hypembryon, infans ſupernatus ſub ubere. Rh.
Hypelatos, herbæ genus.
Hypēna, barba circa labia.
Hypenemium, ventis raptum: ovum ſubventaneum, ventoſum, non gignens, urinum, zephyrium, *Vovo non gallato.*
Hypenæ, Alulæ, exteriora naſi; Mixæ, Thalamæ, interiora; Lacus, fundamentum. Poll.
Hypenemius, cui ſubeſt ventus; unde Ovum Hypenemium.
Hyper, ſuper, unde compoſita varia. Vide.
Hyperæ, funes nautici, ſeu ima clavi pars. Adagiogr.
Hyperaſpites, propugnator, qui clypeo ſuo aliquem defendit, ſatelles.
Hyperacmus, ætatis florem egreſſus, qui ætatis vigorem exceſſit, *Chi hà paſſato il fior dell' età.*
Hyperacribes, ſupra modum accuratus, *Accuratiſſimo.*
Hyperanthropus, humanam conditionem excedens, *Sopraumano.*
Hyperarithmus, ſupernumerarius, *Sopranumerario.*
Hyperarchus, qui excedit omne principium. Hypertĕles, omnem finem excedens, *Senza fine.*
Hyperaſpiſtes, propugnator, tanquam aſpide, ſeu ſcuto. Lex. Phil.
Hyperaſthenes, ſupra modum infirmus, *Debiliſſimo.*
Hyperbăſis, tranſgreſſio, violatio juramenti. Item, metaphora apud Poetas.
Hyperbăton, verborum & conſtructionis permutatio. Fig. Hyperbatos, qui tranſcendi poteſt.
Hyperberetæus, extremus menſis apud Macedones, ſerotinus poſt collectos fructus accedens, September aliis.
Hyperbibaſmus, figura, cum vel accentus, vel littera, ex unâ ſyllabâ in aliam traducitur.
Hyperbŏle, p. c. exceſſus fidei, nimia copia. Hyperbolicus ſermo. Fig.
Hyperbolæ, extremæ collium partes; montium cacumina, *Sommità di monti.*
Hyperbola, ſectionis conicæ ſpecies. Archim.
Hyperboleum, acutiſſimum tetrachordum.
Hyperbŏlus, immodeſtus, in omne re nimius.
Hyperbŏlus lapis, qui alligabatur cervici ſubmergendi. Suid. *Pietra da legar al collo à chi ſi affoga.*
Hyperborei, ſupra Aquilonis flatum habitantes. Feſt. Scythiæ montes, quia ſuper eos flat Aquilo.
Hyperboretæa, ſerotina, tarda poſt collectas fruges.
Hyperboreus, ſuperaquilonaris.
Hyperboricus, menſis ultimus anni. Alciat. Hyperberetæus.
Hypercarpus, ſupra modum fructificans, *Fruttuoſiſſimo.*
Hypercauma, Epicauma, incendium ſurſum apparens.
Hypercălos, ſupra modum pulcher, *Belliſſimo.*
Hypercatalecticum, hipermeter, verſus cui una, vel duæ ſyllabæ ſuperſunt.

Hy-

Hypercatharsis, immodica purgatio medicamentis.
Hypercerōsis, cum ex alterâ tantùm parte hostes superamus. Suid.
Hyperchōlus, supra modum iratus, *Sdegnatissimo.*
Hyperchrisis, immodica purgatio spontè naturæ facta. Hypercatharsis, medicamentis. Lex. med.
Hypercompus, supra modum jactabundus, *Gran vantatore.*
Hypercopus, supra modum defatigatus, *Stanchissimo.*
Hyperdicus, supra modum justus, *Giustissimo.*
Hyperdulia, cultus debitus B. M. Virgini; Dulia, reliquis sanctis; Latria, Deo.
Hyperemeria, dilatatio ultra præscriptam diem, *Proroga del giorno prefisso.*
Hyperendoxus, ultra modum gloriosus, *Molto vantatore.*
Hyperendyma, superpelliceum.
Hyperphanii, desuper illuminati, superlucentes. Argen.
Hyperesis, pellis substrata remigibus, ubi sedent. Item, trulla retrimentitia. Rh.
Hypergēros, decrepitus, supra modum senex.
Hypericum, perforata herba, *Hiperico.* Jun. Rh.
Hyperinus, nimis purgans. Lex. Phil.
Hyperion, Sol, quòd super terras ear. Huperion, *Sole.*
Hyperlampus, supra modum splendidus, *Splendidissimo.*
Hypermargus, insanus supra quam dici potest, *Pazzissimo.*
Hypermētrus, hypermeter, versus ultra mensuram excedens syllaba.
Hyperoa, pars oris superior, modica, concava; palatum. Lex. med.
Hyperōcha, apud J. C. dicitur illud, quod plus est in pretio fundi, quàm in priori credito, *Il sopra più.* Pretium fundi excurrens ultra creditum. Lex. Philol.
Hyperōcha, p. c. excellentia, eminentia.
Hyperombria, immodica pluvia, *Pioggia grandissima.*
Hyperonhus, supra modum tumidus, *Arrogantissimo.*
Hyperoptes, contemptor juris, homo insolens. Suid.
Hyperoria, locus extra fines, exilium. Hyperorius, qui extra fines est, exul, *Bandito.*
Hyperorcia, violatio fœderum, *Rottura di tregua.*
Hyperoum, tabulatum. Rh *Soffitto, palco.*
Hyperpasidium, locus per quem necessariò transitur. Lex. g. b.
Hyperpleon, tributi genus ab Alexio excogitatum. Zonar.
Hyperplusius, valdè dives, *Ricchissimo.*
Hyperpsychrus, frigiditate excedens, *Freddissimo.*
Hyperpōnus, qui supra modum laborat, *Laborissimo.*
Hyperpyron, numi genus. Lex. g. b.
Hyperpyrum, gestamen capitis, instar ignis flammans. Codin.
Hyperpyrus, supra modum igne calefactus, *Infuocatissimo.*
Hypersarcon, ulcus, cui caro excrescit. Contra, Colobōma. Lex. med.
Hypersōphus, supra modum sapiens, *Sapientissimo.*
Hypersarcomata, carnis excrescentiæ. Onom. med. Hypersarcōsis, carnis excrescentia.
Hypertechnos, supra modum artificiosus.
Hyperthesis, dilatio, procrastinatio, frustratio, Item transpositio litteræ. Lex. Phil.
Hypeuthyni, qui rationes nondum retulerunt, nec gesti magistratus rationes retulerunt. Suid.
Hyperthyron, lapis ostii, superliminare. Hyperthyris, superportale, *Architrave.* Hypothyrum, inferum.
Hypertheriæ, ligna eminentia currus, super quibus res locantur.
Hypertimon, tributi genus. Hypertimus, titulus Metropolitani. Lex. g. b.
Hyperuranos, qui supra cœlos est.
Hyperzochotes, membranæ tenuissimæ subcingentes. Lex. med.
Hyperydron, valdè plenum infusâ aquâ. Hipp. *Abbondante d'acqua.*
Hypexæresis, fig. cum in comparatione aliquid excipimus, quod nolumus comparare.
Hyphalus, subsalsus. Item, saxum latens sub mari.
Hyphammus, subtùs habens arenam, *Che ha sotto arena.*
Hyphantice, ars, quæ telas & pannos è lanâ, & serico conficit. Rhaptice, sartoria, quæ pannos priùs incidit, deinde acu consuit, quod est, conficere vestimenta. Lex. Phil.
Hyphear, viscus in abiete, & larice.
Hyphedria, inferior subsellii locus.
Hyphen, subunio duarum syllabarum, ut semperlenitas.
Hyphegēsis, doctrina, quam quis aliis veluti præsens tradit.
Hypholmion, quod mortario substernitur. Poll.
Hypingus, Dianæ hymnus. Hyporchēma, Apollinis. Poll.
Hypnālis, hypnāle, aspidis genus Ægyptiorum, solo somno hominem necans. Turn.
Hypnomāchus, cum somno pugnans, *Che combatte col sonno.*
Hypnopōens, hypnophōrus, somnificus, somnum afferens, *Che fà dormire.*
Hypnophōbes, somniis, & visis per quietem terrens. Hypnophorum, somnum afferens.
Hypnotica, medicamenta soporifera. Narcotica, hypnopœa. Lex. med. *Soporiferi.*
Hypobathrum, scabellum, fundamentum; Hypoblēma.
Hypobōle, subjectio. Fig. cum adversarios interrogamus, quid ab illis contra possit dici.
Hypobulimæum, subditicium, suppositicium.

Gell. quod ſuperſtes uxor lucratur.
Hypobŏlum, dotis incrementum. Lex. J. C. Item, dotalitium, doti ſuperadditum. Duar.
Hypobolum, id quod infirmius, ac minus, ſub aliquo robuſtiori, & majori collocatur. Item, quod ſupra dotem ex bonis mariti mortui redditur uxori, quaſi majori ſummæ minor addatur; donativum dotalitivum. Lex. Phil. Unde. Hypobolicum inſtrumentum.
Hypobŏlus, pignerationi obnoxius, donatio propternuptias. Ager creditoribus obnoxius lapidis indicio.
Hypobrychium, ſubmerſio. Tertul.
Hypocamiſon, ſubucula. Suid. *Camiſcia*.
Hypocampia, ornamentum muliebre. Poll.
